mini Millessimo CCXLVIII ut sequitur fecimus translatari. In Christi nomine. Manifestum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum et Regni Majorice Comes Barchinone et dominus Montispesulani cum presenti publica scriptura perpetuo valitura per nos et omnes heredes ac successores nostros damus concedimus et laudamus vobis dilectis et fidelibus nostris universis et singulis populatoribus Regni et Civitatis Majorice habitantibus predictam civitatem et totam insulam ut ibi populetis et habitetis et damus vobis casas et casales ortos et ortales et terminum civitatis prata pascua aquas dulces maria et litus maris venaciones pasqueria plana et montaneas erbas ligna ad domos et naves et ligna alia construenda et ad omnes alios vestros usos. Et possitis piscari in mari libere stagnis tamen retentis nobis. Possessiones autem omnes quas in Civitate vel in Regno habueritis vel possidebitis habeatfs francas et liberas sicut eas habebitis per cartas nostre donationis et possitis de eis facere cum prole et sine prole omnes vestras voluntates cuicumque volueritis exceptis militibus et sanctis. Damus iterum vobis quod in civitate et regno Majorice et per totam aliam terram dominationis nostre et regni Aragonum tam hiis terris quas hodie habemus vel in antea poterimus adipisci per terram et mare sitis franchi et liberi cum omnibus rebus et mercaturis vestris ab omni lezda pedatico portatico mensuratico et penso et ribatico et ab omni questia tolta forcia demanda prestico hoste et cavalcata et earum redempcione postquam insula fuerit ac-

quisita. Non donetis carnaticum de vestro bestiario ullo tempore passaticum erbaticum neque corantenum. Naufragium aliquod non erit unquam in partibus insule supradicte. Si quis traxerit cultellum vel ensem versus alium minando vel irascendo donet nostre Curie sexaginta solidos vèl manum perdat. Si quis captus fuerit in latrocimo aliquas res furando teneat ille cujus res fuerit latronem illum tamdiu donec suas res recuperet et postea reddat illum curie ad justitiam faciendam. Nullns de adulterio puniatur in rebus vel in persona nisi mulier vel vir proponat querelam de violentia vel forcia sibi facta. Omnia male facta que fuerint inter habitatores civitatis possint probi homines pacificare et diffinire antequam sit clamor vel firmamentum ad Curiam factum. De injuriis et malefactis de quibus curie fuerit factus clamor firmabitis directum in posse nostre curie et reus dabit quintum pro calonia si sit convictus sed primo debet satisfacere conquerenti. Pro quinto curie lectum archa non pignerabitur neqne vestes neque arme persone sue. Si querimonia facta fuerit de possessione vel re inmobili non dabitis caloniam neque quintum. Habitatores civitatis platicabunt de tercio in tercium diem. Extraneus de die in diem si conveniatur scilicet si conveniat utetur jure vicini. In causis injuriarum dampnis vulneribus illatis procedatur secundum usaticum Barchinone. Si debitor vel fidejussor aliquis sit effectus et terminus sit transactus et inventus fuerit in civitate vel regno Majorice non possit foris privilegium allegare scilicet ibi teneatur respondere. Pro aliquo crimine vel de-

bito vel demanda non facietis nobiscum vel cum bajulo aut curia civitatis bataillam per ferrum candidum per hominem nec per aquam vel aliam ullam causam. Curia bajulus sayo vel eorum locum tenens non intrabunt domos vestras pro aliquo crimine vel causa suspicionis per se solos sed intrabunt cum duobus vel quatuor probis hominibus civitatis. Hoc idem servabitur in navibus et lignis furnis et molendinis. Sacramentum calumpnie facietis in causis vestris sed nil inde dabitis vel ponetis pro jure jurando faciendo. Non dabitis curie bajulo vel sayonibus aliquid pro justitia vestra facienda vel excequenda sed si saio ierit extra civitatem det ei conquerens sex denarios pro leuga. Revenditor vini farine vel rerum comestibilium si inventus fuerit cum falsa mensura perdat totam penitus rem venalem et habeat inde terciam partem curia et duas partes murus civitatis. Flequeria si vendiderit panem de minus penso vel ponatur in costello vel donet quinque solidos de quibus habeat duas partes curia et terciam partem murus. Nullus teneatur facere preconitzare vinum oleum aut res venales nec teneatur habere pensum domini. Tamen ex quo posite fuerint res venales non quis plus vendere possit precio posito sed totam vendat rem venalem nec faciat in ea mesclam ullam. Vicarius bajulus vel sayo non possit cognoscere de falsitate pensi vel mesurarum nisi in loco publico et coram probis hominibus civitatis. Non dabitur calonia nisi placitum firmatum fuerit ab utraque parte. Omnes questiones que infra habitatores fuerint civitatis agitentur in locis publicis ubi vicarius fuerit

Dunning
Siso Pelio
5.19.54
36628

Si los cambios de costumbres políticas que va experimentando una nacionalidad al través de muchos siglos pueden llegar á desfigurar su antigua autonomía y obscurecer, al cabo, la realidad histórica de los pasados acontecimientos, nó por esto la verdad que permaneció oculta ha de parecer constantemente velada, cuando en épocas de ilustracion, como la actual, la sana crítica, el desarrollo científico y el espíritu de investigacion ejercen verdadero dominio, y por él se enmienda y vindica lo que erró la ignorancia ó transformó el interés.

Nada facilita tantos medios para los críticos y reformadores, tocante á la Historia, como las colecciones de documentos, con las que, por sí solas, se presenta ya á veces una cabal monografía de un personaje, de un suceso ó de una costumbre, de manera que el historiador no tiene mas que ofrecer en conjunto, y dando forma á la narracion, los datos que antes existian diseminados en aquellos, y quizá de bien diverso carácter y procedencia.

Al cumplir nosotros, en esta parte, el encargo que nos hace el Gobierno de S. M., de coordinar las colecciones, procedentes del Archivo de la Corona de Aragon, que puedan ser mas útiles para la Historia patria, y de facilitar al conocimiento público lo que hasta ahora pudo ser solo privativa de inteligentes y aficionados, por guardarse bajo el sagrado de un archivo, nos hemos afanado en escojer

no solo lo que pudo convenir á la Historia general de la antigua Corona, sino lo particular de cada uno de los estados que la compusieron, pero siempre bajo el punto de vista de notable y trascendental. Por esto, sin necesidad de renovar aquí la memoria de los títulos bajo los cuales se han dado á luz los tomos precedentes de la Coleccion, hemos señalado turno esta vez al famoso proceso mandado formar contra el último rey de Mallorca por Pedro IV de Aragon.

Los escritores que trataron de este acontecimiento hubieron de buscar, como fuente histórica y contemporánea, para la exposicion de aquel, la crónica que escribió precisamente el mismo personaje que mandó instruir el proceso; otros, movidos de simpatía por el príncipe desgraciado, ó con mayor deseo de descubrir la verdad, pudieron apelar á datos y tradiciones locales que acaso estuvieran en contradiccion con los asertos del Rey cronista; pero la facilidad de poderse examinar el proceso, sin ser obstáculo la carencia de conocimientos paleográficos, y de poder comparar el gran número de documentos que encierra, ordenados cronológicamente y procedentes así del que se creyó con derecho para anonadar una dinastía que tuvo principio en sus mismos antecesores, como del que miró como deber negar aquel mismo derecho, ha de conducir naturalmente á los historiadores modernos que traten de tan importante asunto al deslinde y aclaracion de la verdad, presentando el justo fallo que dan nó las leyes ni la fuerza, sino el buen sentido, para que la Historia admita los sucesos que le correspondan con las circunstancias que en este caso deben acompañarlos.

Basta hojear sencillamente la parte del proceso que ofrecemos en este volúmen para hacerse cargo de la importancia que indicamos: además de los documentos aislados

que figuran como preliminares, entre los que se cuentan el testamento del rey D. Jaime, (bajo cuyo reinado se dividió el real patrimonio, dándose orígen al reino de Mallorca), y diversos tratados y cartas particulares entre los descendientes del Conquistador, todo lo cual existia en un cuaderno separado del proceso, que se mandó agregar al mismo en una de las restauraciones verificada en el Archivo pocos años ha; encuéntranse asimismo, desde el principio del verdadero proceso (que este nombre se le ha dado siempre, aun cuando no sea de carácter rigurosamente curial), todas las diligencias mandadas cumplir por el Rey D. Pedro, en razon de su señorio, para que su feudatario, Jaime de Mallorca, compareciese en determinado tiempo á dar cuenta de ciertas infracciones de tratados que habia cometido, así como á firmar de derecho, y por su órden, las citaciones reiteradas, la declaracion de contumacia y rebeldía por la que el Aragonés procede á la ejecucion de los bienes del Mallorquin, aplicándolos al fisco regio de Aragon, deliberacion á que Zurita da el nombre de sentencia definitiva, pronunciada en 21 de febrero de 1343, anterior á la fecha de aquella misma deliberacion que tiene aquí el sencillo carácter de diligencia, (y que está conforme con lo que el mismo D. Pedro relata en su crónica,) las réplicas, protestas y alegaciones producidas por el representante de D. Jaime, el relato de la formacion de la armada con que debian pasar á Mallorca las fuerzas del embargante para poner en práctica la ejecucion, las copias, sumamente curiosas é interesantes, de tratados anteriores ya desde el tiempo de Pedro III el grande, hijo de Jaime I, los reconocimientos mas ó menos voluntarios y absolutos del feudo por parte de los soberanos de Mallorca, y por último los de los pueblos de las islas y del condado de Rosellon y

Cerdaña, con los nombramientos de síndicos y prestaciones de homenaje al rey D. Pedro.

Al dar á luz tan interesante conjunto, como que no hemos debido coordinar diversos documentos de distintas procedencias, sino reproducir lo que estaba ya coordinado, nos limitamos á presentar íntegro el llamado proceso, sin necesidad de anotaciones y sin mas diferencia que omitir, supliéndolo con una advertencia, los documentos que se repiten y que se encuentran producidos ya en las primeras páginas ó en el cuaderno de preliminares, advirtiendo solo á nuestros lectores, que, llevados de la mira de reproduccion exacta, hemos copiado las muchas cartas francesas que se encuentran, trasladando su contenido palabra por palabra y prescindiendo de interpretar si las cláusulas ininteligibles de su contenido son resultado del idiotismo ó incuria del lenguaje de aquellos siglos ó acaso errores (y es lo mas probable) hijos de la ignorancia del amanuense, porque es de saber, que, atendido el hermoso carácter de letra que se nota en el escrito, todo de una mano, y á que no se encuentran firmas originales, es de creer que el proceso existente en el Archivo seria copia mandada hacer de otro anterior que, por su diversidad de letras y quizá de tamaños de los papeles que lo formasen, ni ofreceria en lo futuro cómoda lectura, ni tal vez la probabilidad de perfecta conservacion.

Como el proceso es voluminoso, pues contiene 451 folios escritos, sin contar los preliminares, ofrece materia para otros dos tomos, y en caso de no bastar para el tercero, lo completarémos con otros documentos aislados de suma entidad, que se conservan en las colecciones de cartas Reales y en los registros del Archivo, pertenecientes al reinado del Ceremonioso.

PRELIMINARES.

Noverint universi. Quod ante presentiam nostri Arnaldi de Fonte bajuli Majorice pro dompno Carrocio gerente vices in Regno Majorice pro illustrissimo domino Jacobo Dei gratia Rege Aragonum et Valentie comite Barchinone et Urgelli ac domino Montispesulani. Comparuerunt Rotbertus de Pulcro Vicino Guillermus de Turricella Bernardus de Turricella Guillermus Dalfi Bernardus Spayol Bernardus de Granata et Aries Juayes consules Majorice nomine universitatis Majorice nobis supplicantes ac etiam requirentes quatinus faceremus eis translatari in formam publicam instrumentum originale franquesiarum Majorice quod in nostri presencia atulerunt et eidem translato auctoritatem nostram et decretum daremus seu prestaremus ut tantam vim habeant quantam et suum originale. Nos itaque bajulus antedictus attenta dicta supplicatione et habita super premissis deliberatione plenaria predictum instrumentum originale franquesiarum Majorice VII Idus Augusti anno do-

bere debemus. Damus etiam et dimittimus eidem Infanti Jacobo filio nostro totum comitatum Rossilionis. et Caucumliberum et totum Conflent et comitatum Ceritanie et Vallem Aspirii cum omnibus juribus et dominationibus que ibi habemus et habere debemus aliqua ratione. Est tamen sciendu m quod termini Ceritanie sunt isti videlicet de Pincen usque ad pontem de la Corba et tota vallis de Rippis cum suis terminis et bajulia est de dominatione Ceritanie et extenditur ex parte Berguedani usque Rocham Sansam et totum dominium de Vallaspir cum pratis est de pertinentiis comitatus Ceritanie et extenditur usque ad collem Dares et sicut serra hoc scindit usque ad collem de Penissars et de ipso colle de Penissars usque ad collem de Pereilo et de ipso colle de Pereilo usque ad caput de Crucibus. Quequidem omnia supradicta scilicet regnum Majorice et Minorice et totum id quod habemus et de cetero habebimus in Eviça et Montispesulani cum castris et pertinentiis suis et comitatum Rossilionis et Caucumliberum et totum Conflent et comitatum Ceritanie et Valespir cum civitatibus villis et castris et cum comitibus vicecomittibus vasvessoribus et aliis militibus et cum burgensibus civibus rusticis judeis et sarracenis et aliis omnibus universis cujuscumque conditionis sint et cum omnibus dominationibus jurediccionibus terminis et affrontationibus et pertinentiis locis juribus vocibus et accionibus nobis in hiis omnibus vel pro hiis competentibus et competere debentibus. Damus et dimittimus predicto Infanti Jacobo filio nostro si nobis supervi-

xerit in hunc videlicet modum quod in comitatu Rossilionis et in Caucolibero et in Conflent et in Ceritanía et in Valespiri currat moneta Barchinone de terno perpetua que nunc est in perpetuum et usatici Barchinone et consuetudines Cathalonie serventur perpetuo in dictis locis salvis specialibus consuetudinibus ipsorum locorum. Volumus etiam et mandamus quod si Infans Petrus filius noster decederit sine Infante masculo legitimi conjugii quod regnum Aragonum et regnum Valentie et comitatus Barchinone cum omnibus hiis que eidem Infanti Petro dedimus revertantur predicto Infanti Jacobo filio nostro vel suo heredi masculo. Ita tamen quod si filia vel filie remaneant ex dicto Infante Petro quod infans Jacobus et heres suus masculus teneatur ipsas maritare honorifice secundum valorem suum et generis sui. Et si dictus infans Jacobus per eandem formam decederet sine infante masculo legitimi conjugii volumus et mandamus quod regnum Majorice et Minorise et totum id quod habemus et de cetero habebimus in Eviça et Monspesulanus cum omnibus castris et pertinentiis suis et toto dominio quod ibi habemus et habere debemus et comitatus Rossilionis et Caucumliberum et Conflent et comitatus Ceritanie et Vallis Aspiri et totum id quod nos sibi damus revertantur predicto Infanti Petro filio nostro vel heredi suo masculo et si filia vel filie remenerent ex dicto Infante Jacobo quod Infans Petrus vel heres suus teneatur ipsas maritare honorifice secundum valorem suum et generis sui. Et si forsan terra Rossilionis et de Caucolibero et de Conflent et co-

mitatus Ceritanie et Vallaspirii per matrimonium vel per alium modum haberent venire in personas extraneas que non essent filii masculi predicti Infantis Jacobi vel suorum descendencium masculorum volumus quod predicta loca de Rossilione de Caucolibero de Conflent et comitatus Ceritanie et Vallis Aspirii secundum quod hec superius terminata sunt teneantur in feudum pro dicto Infante Petro et pro suis heredibus pro illo videlicet qui esset comes Barchinone. Volumus etiam quod donationes et lexie quas fecimus de castris et aliis rebus habeant plenariam firmitatem. Similiter omnes donationes et permutationes quas de castris villis et planis hereditatibus aliqua ratione de cetero faciemus plenam habeant firmitatem. Ita quod fiant cum equalitate secundum valorem et quantitatem donationis et lexie facte utrique filiorum nostrorum predictorum. Predicta autem omnia et singula in tota vita nostra nobis plenarie retinemus. Item volumus et mandamus quod si forsan contingeret quod Deus nolit quod dictus Infans Petrus filius noster veniret contra hanc ordinationem nostram vel moveret guerram contra predictum Infantem Jacobum fratrem suum sic quod nollet ab eo recipere jus in manu et posse omnium personarum non habeat predictus infans Petrus illud jus quod supra ei a nobis concessum est videlicet quod loca de Rossilione et de Conflent et de Ceritania e de Caucolibero et de Valle Aspir tenerentur in feudum pro ipso Infante Petro si contingeret ipsa loca venire per matrimonium vel per alium modum in extraneas personas ut superius dictum est. Ita tamen

hoc volumus quod dictus Infans Jacobus non faciat fraudem neque procuret per se vel per alium quod opporteat dictum Infantem Petrum venire contra hanc ordinationem nostram vel movere ei guerram quod quidem si certum esset dictus Infans Petrus non admittat dictum jus feudi. Ad hec nos Infans Petrus et Infans Jacobus non coacti ab aliquo vel circumventi sed bono animo et gratuita voluntate recipimus de vobis domino Rege patre nostro hanc donationem et hoc hereditamentum quod nobis facitis sicut superius dictum est. De quibus concedimus uterque nostrum nos bene esse paccatos ad nostram voluntatem. Convenimus itaque et promittimus vobis et nobis ad invicem bona fide et sine aliquo malo ingenio quod ad invicem diligemus et deffendemus nos contra omnes personas. Et hec omnia supradicta prout superius dicta et ordinata sunt attendemus custodiemus et observabimus et contra ea non veniemus aliqua ratione per nos vel per interpositam personam. Et ut predicta majores gaudeant firmitate facimus inde vobis et nobis ad invicem homagium ore et manibus et etiam juramus per Deum et ejus sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta quod predicta omnia et singula prout superius dicta sunt bona fide et sine aliqua machinatione observabimus complebimus et attendemus et non in aliquo contreveniemus. Actum est hoc in Barchinona duodecimo kalendas septembris. Anno Domini Millessimo CC sexsagesimo secundo.

Signum ✠ Jacobi Dei gratia regis Aragonum Majorice et Valentie comitis Barchinone et Urgelli et do-

mini Montispesulani qui predicta omnia concedimus et firmamus.

Signum ✠ Infantis Petri filii Illustris domini Regis Aragonum qui predicta concedimus et juramus.

Signum ✠ Infantis Jacobi filii Illustris domini Regis Aragonum qui hec omnia concedimus et juramus.

Testes hujus rei sunt. A. Barchinone Episcopus. Bernardus Vicensis. Episcopus G. de Montegrino Sacrista Gerundensis. Josbertus vice comes de Castro novo. Ferrandus Sanxo. Jaufridus de Cruilis. G. de Montecluso et Berengarius de Sancto Vincencio. Bernardus de Sancta Eugenia dominus de Turricelle de Montegrino. Raymundus de Urgio et Gaucerandus de Pinos. Bernardus Guillermi Dentensa et Guarcia Ortis. Ato de Fossibus et plures alii.

Sig✠num Petri Marchesii publici Barchinone notarii qui mandato domini regis et predictorum filiorum suorum hec scribi fecit et clausit die et anno quo supra.

Ego Bernardus de Fullanch vice scriptoris publici subscripti fideliter scripsi presens translatum a suo originali instrumento verbo ad verbum puncto ad punctum nichil addens vel minuens propter quod in aliquo corrumpatur vel vicietur videntibus et mecum comprobantibus tribus testibus litteratis videlicet Bernardo Mateiy Berengario Benyuls et Guillermo Castelli qui omnes una mecum presens translatum cum dicto suo originali instrumento viderunt legerunt et comprobaverunt et in omnibus cum eodem convenire invenerunt. Pridie kalendas februarii anno Domini

Miilessimo CCC octavo decimo. Et supra scripsi in XV linea mascnlo.

Ego Guillermus Acuti scriptor publicus Perpiniani subscripsi et hoc sig✠num feci.

Sig✠num mei Raymundi Guibertati judicis ordinarii curie bajuli Perpiniani pro illustrissimo domino Sancio Rege Majorice qui viso instrumento publico a quo hoc presens translatum fuit fideliter translatatum non cancellato nec abolito nec in aliqua sui parte viciato tribus sigillis pendentibus sigillato uno videlicet plumbeo Illustris domini Jacobi Regis Aragonum bone memorie et alio cereo illustris domini Infantis Petri qnondam et alio illustris domini infantis Jacobi quondam filiorum predicti domini regis Aragonum prout prima facie apparebat et per me de verbo ad verbum diligenter examinato idcirco huic translato auctoritatem meam judicialem interpono pariter et decretum.

Testamentum Domini Regis Jacobi I.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam alio publico translato cujus tenor dinoscitur esse talis. In Christi nomine pateat vniversis. Quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Majorice et Valentie Comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani. Attendentes et considerantes attente quod omnia pretereunt preter amare Deum et sic Reges omnes et alii principes ac ceteri homines hujus mundi inspice-

re debent et attendere studiose ut si bene incipiunt fine laudabili et bono principium et medium vincant ac hostis humani generis eis in aliquo resistere possit minime vel nocere nec impedimentum prestare ad eternam gloriam obtinendam cum si finis non subsequeretur bonus principium nil valeret. Attendentes etiam quod nos qui sumus factura et creatura illius nostri et humani generis creatore et redemptore. Qui nos a principio de bono in melius prosperavit et nunquam opus nostrum dereliquid nec deperire sustinuit immo ipsum nostris licet non exigentibus meritis augmentans mirabiliter adimplevit merito tenemur ut bona nobis ab ipso collata recognoscamus devote sicut quando ipse dominus et redemptor noster nos ad se vocare voluerit ab hac vita animam nostram ei salvam reddere possimus et taliter de bonis nostris disposuerimus ut per ipsam dispositionem nostram custodiamus filios nostros et homines nobis subjectos a dissentione ac divissione et quod non possint inter eos dampna vel contrarietas aliquo tempore suboriri imo si aliquis vel aliqui voluerint divissionem mittere aut dissentionem inserere in regnis nostris et dominationibus nostris ipsi filii nostri sint in unum cum omnibus suis ita quod possint se ab eo et ab eis deffendere qui nollent recipere jus ab ipsis. Nec non etiam et attendentes quod omne Regnum in se divisum desolabitur secundum quod ipse Dominus in Evangelio testatur. Idcirco nos utentes verbis ipsis volumus in quantum possumus de facto nostre anime et de regnis et terris nostris nobis a Deo collatis taliter disponere divina

gratia suffragante quod in posterum non valeant desolari. Hinc est igitur quod nos Jacobus Dei gratia Rex predictus in plena per Dei gratiam constituti corporea sospitate et in pleno sensu ac sana mente nostra nostrum facimus testamentum in quo eligimus manumissores nostros videlicet venerabiles Archiepiscopum Terracone et Episcopum Cesarauguste Episcopum Barchinone et Abbatem monasterii Populeti et nobiles Comitem Impuriarum et Bernardum Guillermi de Entensa quibus rogando precipimus et plenam damus potestatem quod si nos mori contigerit antequam aliud testamentum faciamus distribuant ea que inferius de bonis nostris distribui et persolvi mandamus et compleant hanc nostram ultimam voluntatem prout in presenti testamento invenerint ordinatum. Et si forte ipsi manumissores omnes executioni hujus nostri testamenti interesse non poterunt predictus Archiepiscopus cum Episcopis predictis vel altero eorum et cum illis manumissorum predictorum quos secum habere poterit exequatur et compleat hanc nostram ultimam voluntatem. In primis autem eligimus sepulturam corporis nostri in monasterio Sancte Marie Populeti et ibi nostrum corpus sepeliri mandamus juxta monumentum Illustris Ildefonsi felicis recordationis avi nostri subsequenter scilicet post ipsum monumentum volumus enim quod ejus monumentum sit prius. Item volumus et mandamus quod omnia debita nostra que reperientur nos debere quibuscumque personis cum instrumentis vel albaranis nostris solvantur per dictos manumissores nostros de

plano et sine strepitu judiciario secundum Deum et forum anime. Verumtamen si manumissores nostri intelligentes nos aliqua de ipsis debitis solvere non teneri vel nos ex ipsis debitis aliquid persolvisse probare poterunt solucionem ex ipsis debitis in totum vel in partem factam fuisse nostris creditoribus de debitis que petierint ipsi creditores recipiant illud insolutum dictorum suorum debitorum quod ipsi manumissores probabunt et hostendent ipsis creditoribus nostris solutum fuisse. Item volumus et mandamus quod omnes torts sive injurie nostre quibus obnoxii tenemur et vere apparuerint restituantur de plano per dictos manumissores nostros ad cognitionem ipsorum manumissorum nostrorum secundum Deum et forum penitentie illis videlicet quibus dictas injurias fecimus vel heredibus eorundem ipsis manifeste hostendentibus ipsas injurias nostris manumissoribus antedictis. Verum si forte apparerent aliqui conquerentes de nobis super quibusdam hereditatibus regni Valentie quas dederamus eisdem asserentes ipsas eis ablatas fuisse sine causa dicimus quod ipsas ut credimus eis non abstulimus sine causa. Quoniam cum capta fuit civitas Valentie diximus dompno Ferrando olim patruo nostro et Episcopis nec non et richis hominibus ac militibus quos ibi populaveramus qui erant inter omnes trecenti et octuaginta milites quod postquam eos ibi hereditaveramus juvarent nos defendere ipsum regnum Valentie contra sarracenos ipso anno ut hereditarii eius regni. Et ipsi habito consilio ad invicem rogaverunt dictum patruum nostrum ut ipse nobis res-

ponderet pro omnibus ipsis. Qui pro se et omnibus aliis predictis dixit nobis quod rogabant nos ut inter alias gratias quas eis feceramus deberemus facere istam eis videlicet quod essemus contenti ab ipsis de trecentis militibus quos ibi tenerent in anno sub hac forma quod de quatuor in quatuor menses tenerent ibi centum milites et nos concessimus illud eis. Et cum post hec nos iremus apud Montempesullanum et stetissemus ibi per aliquod tempus et postea ad partes Valentie redissemus non invenimus quod de predictis militibus ibi aliquos ut promiserant tenuissent nec ibi eorum aliquis remansisset nisi tantum aliqui milites qui hereditates in Aragonia vel Cathalonia non habebant. Et post predicta assignavimus diem eisdem qua venirent apud Salent ubi feceramus bastidam contra Xativam servituri nobis in guerra quam cum Sarracenis in defencionem dicti regni habebamus ratione videlicet hereditatum quas eis dederamus in dicto regno et quod parceremus et remitteremus eis quicquid nobis usque in ipsa die deffecerant dum modo manerent ibi per tres menses et ipsi nec venerunt ad nos nec loco sui aliquos transmisserunt. Et sic propter predicta emparavimus eis hereditates quas dederamus eisdem in dicto regno Valentie et dedimus ipsas aliis quare videtur nobis secundum nostram conscienciam quod pro eo quia nobis non servaverunt quod promiserant nec juraverunt nos defendere dictam terram ut superius expressum est non tenemus eis ipsas hereditates restituere nec aliquid pro eisdem. Maxime etiam quia illis qui remanserunt ibi qui ita modicos reddi-

tus ibidem habebant quod non poterant eis sufficere opportuit nos de nostris dare redditibus cum quibus possent in ea terra habere vitam congruam et decentem ut ipsa terra sine militibus nullatinus remaneret. Nichilominus etiam aliqui predictorum militum et cives quidam promisserunt nobis quod facerent in regno Valentie personaliter residenciam ratione hereditatum quas eis dederamus et quod eas non venderent vel alienarent sed darent seu dimitterent eas filiis suis sive parentibus qui ibi facerent residenciam personalem de quibus aliquid minime compleverunt imo ipsas vendiderunt et alienarunt. Fuerunt etiam aliqui populatores dicti regni qui tenebant ibi hereditates sibi a nobis datas heremas et non faciebant ibi personalem residenciam ut debebant. Et licet citati fuissent a nobis bis vel ter et assignati eis dies sufficientes voluerunt venire coram nobis ad excusandum se nec ibi facere residenciam personalem et ob hoc hereditates eis a nobis datas recuperavimus ab ipsis et dedimus aliis. Propter que non videtur nobis quod eis de predictis in aliquo teneamur. Ad solutionem vero debitorum nostrorum et legatorum infra scriptorum et restitutionem injuriarum nostrarum assignamus omnes redditus nostros civitatis Valentie cum Salinis et Albufera ejusdem et omnes redditus nostros civitatis Cesarauguste cum salinis de Castellario et de Pola et de Remolinis et cum omnibus pedagiis ipsius civitatis Cesarauguste et bajuliarum suarum et omnes redditus nostros civitatis Ilerde et bajulie ejusdem et omnes redditus nostros civitatis Barchinone et bajuliarum suarum et omnes

redditus nostros ville Montispesullani. Volentes statuentes atque mandantes quod dicti manumissores nostri habeant teneant et recipiant tot annis et tam diu omnes redditus et exitus civitatum et ville Montispesulani predictarum et aliorum locorum predictorum et bajuliarum suarum donec inde nostra sint debita et legata anime nostre infra scripta plenarie persoluta et nostre injurie restitute. Ita videlicet ut de omnibus debitis legatis et injuriis prefatis persolvantur tres partes ex redditibus et exitibus ad hoc supra assignatis spectantibus ad infantem Petrum filium nostrum. Et quarta pars persolvatur ex redditibus et exitibus assignatis spectantibus ad infantem Jacobum filium nostrum. Et quia scimus quod pedagium Cauquiliberi fuit constitutum pro faciendo portum ibidem volumus et mandamus quod prefatus carissimus filius noster infans Jacobus et heredes sui mittant et mittere teneantur quolibet anno in perpetuum vel mitti faciant quinque milia solidos de redditibus Cauquiliberi ad faciendum et manuttenendum et mundandum et reparandum Portum veneris. Et cum idem Portus veneris fuerit mundatus et reparatus expendantur et mittantur ipsa quinque mille solidos ad faciendum et manutenendum portum quem nos incepimus facere in Caucolibero coram villa. Et sic predicta quinque mille solidos inter dictos duos portus expendantur et mittantur in perpetuum de redditibus Cauquiliberi supradictis ad cognicionem scilicet hominum ipsius loci Cauquiliberi et secundum quod ipsi ad majorem noverint utilitatem sedere mercatorum ac etiam loci ejusdem. Item

legamus ob remedium anime nostre monasterio Populeti quinque milia morabatinorum ad solvendum debita ipsius monasterii. Quos quidem morabatinos ante alia legata anime nostre dari et persolvi mandamus monasterio antedicto. Item legamus damus cedimus et concedimus predicto monasterio Populeti et abbati ac conventui ejusdem totum plenum locum nostrum et omnia jura nostra et acciones peticiones et demandas et quicquid juris et dominationis ac dominii habemus et habere debemus in villa et terminis Vinaxie et omnibus ejusdem ac pertinenciis suis et contra detentores ipsius ville ratione partis vel juris nostri ejusdem qualibet ratione et abbas et conventus dicti monasterii teneatur facere aniversarium pro anima nostra singulis annis in perpetuum tali die quali ab hoc seculo transiamus. Item legamus pro anima nostra monasterio Sanctarum Crucum duo milia morabatinorum et monasterio Sexene mille morabatinos et monasterio de Casoes ad opus clausure ipsius monasterii mille morabatinos et monasterio Vallebone ad opus clausure ipsius duo mille morabatinos. Item dimittimus pro anima nostra monasterio Scarpii mille morabatinos et monasterio de Culobres mille morabatinos et monasterio de Tresceares ducentos morabatinos. Item legamus monasterio de Regali juxta Alcalanum ad opus clausure ejusdem trecentos morabatinos et monasterio de Grantbron ducentos morabatinos. Item legamus monasterio de Peraman ad opus clausure centum morabatinos. Et dominabus Sancti Damiani domus Calatajubii centum morabatinos. Et dominabus domus Her-

de ejusdem ordinis centum morabatinos. Et domanibus ejusdem ordinis domus Valentie ducentos morabatinos. Et dominabus ejusdem ordinis domus Barchinone centum morabatinos. Item legamus monasterio Benifaçani ad opus operis ecclesie ejusdem mille morabatinos et monasterio Fontis clari trecentos morabatinos. Item legamos monasterio Petregalis ad opus clausure ejusdem ducentos morabatinos et monasterio Vallesancte ad opus clausure ejusdem ducentos morabatinos. Item legamus pro anima nostra operi ecclesie domus predicatorum fratruum Osce ducentos morabatinos et operi fratruum penitencie Jhesu Christi domus Xative ducentos morabatinos et monasterio de Vayldonzella trecentos morabatinos. Item volumus et mandamus quod redditus nostri de Poolano dentur et solvantur operi Beate Marie Vallis viridis quolibet anno donec perfectum fuerit dictum opus ita tamen quod procuratores dicti operis teneantur reddere racionem de omnibus redditibus antedictis et de expensis dicti operis singulis annis manumissoribus nostris predictis. Omnia autem supradicta legata facta ad pias causas facimus pro debitis et injuriis oblitis et pro anima nostra. Et rogamus abbates et majores monasteriorum et ecclesiarum ac religionum predictarum quibus predicta legata facimus ut donent in mandatis omnibus presbiteris suorum monasteriorum et locorum ac ecclesiarum quod unus quisque celebret missam de requie pro anima nostra et animabus parentum nostrorum perpetuo semel in anno ea videlicet die qua nos ab hoc seculo transeamus. Post hec au-

tem instituimus carissimum filium nostrum primo genitum infantem Petrum heredem nostrum post dies nostros in regno Aragonum et in regno Valentie et in Rippacursia et in Palars et Valle daran et in comitatu Barchinone et in dominatione quam habemus in comitatu Urgelli et in aliis locis et terris Catalonie et in omnibus feudis que in predictis regnis terris et locis pro nobis a quocumque et quibuscumque tenentur et teneri debent et in pleno dominio et omnibus juribus et pertinentiis suis et omnibus omnino et singulis ad dicta regna et comitatum Barchinone ac terras et loca predicta vel ad nos ex ipsis et quolibet eorum contra quascumque personas et in quibuscumque locis et terris valentibus et debentibus pertinere exceptis tantum comitatibus et locis aliis a nobis datis carrissimo filio nostro Infanti Jacobo fratri suo. Item prefatum Infantem Jacobum filium nostrum instituimus heredem nostrum similiter post dies nostros in regno Majorice et insulas Minorice et Evisse et in comitatibus Rossilionis Ceritanie et Confluentis et in omnibus feudis qui comes Fuxencis et comes Impuriarum et alii etiam ibi tenent et tenere debent pro nobis et in Caucolibero et Montepesullano et toto dominio suo et castris ejusdem et in pleno dominio et omnibus juribus et pertinentiis suis et in jure et dominio que habemus et habere debemus in vicecomitatu de Carlades qui filii nostri proximo prenominati predicta omnia eis legata habeant jure institutionis prout in instrumentis particionis seu hereditamenti que fecimus inter ipsos plenius et lacius continentur. Carissimam autem filiam

nostram domnam Yolant Dei gratia illustrem reginam Castelle instituimus heredem in camera et ornamentis ac aliis que eidem dedimus suarum tempore nupciarum et ipsam ex eis volumus et statuimus contentam esse de bonis nostris filios vero Philipi Dei gratia illustris regis Francie et dompne Elizabet bone memorie regine Francie filie nostre nepotes nostros instituimus heredes similiter in camera et aliis que dicte domine Elizabet dedimus tempore nupciarum et ipsos eis volumus et statuimus esse contentos de bonis nostris. Item filios nostros Jacobum et Petrum quos legitime suscepimus ex dompna Teresia Egidi de Bidaure instituimus nobis heredes in castris et villis que et quas dedimus eisdem cum cartis prout in ipsis plenius continetur videlicet Jacobum proximum predictum in castris et villis de Xericha et de Torro et in castro et villa de Eslida et in castris et villis de Beho et de Alin et castris villis de Cuhera et de Fanzara et in castris et villis de Planis et de Travacello et in almudayna quam tenebat almudinus Sarracenus quondam pro quibus duobus castris et villis de Planis et de Travacello accepimus in cambium turrem de Archos et Salinas ejusdem. Et hec castra et villas proxime nominata damus et dimittimûs eidem Jacobo pro hereditate et jure institucionis. Item predictum Petrum filium nostrum et dicte dompne Teresie instituimus heredem nostrum in castro et villa de Aierba et in castro et villa de Lusia et in castro et villa de Ahuero et in villis de Liso de Artasso et de Castilione de Eust et in castro et villa de Boroca et in castris et vi-

llis de Azaner et de Cabannis et in Becinnana que omnia castra et villas cum omnibus juribus et pertinentiis suis damus et dimittimus eidem Petro pro hereditate et jure institutionis. Omnia vero jura nostra si qua in quibuslibet aliis terris preter eas que a nobis sunt superius divisse et ordinate ac ad easdem vel ad nos ratione ipsarum contra quascumque personas spectantia spectant vel spectare debent ad nos qualibet ratione dimittimus et cedimus in eis locum nostrum Infanti Jacobo filio nostro heredi Majorice. Salvis tamen ordinatione et divisione a nobis factis prout superius continetur. Post hec autem volumus et statuimus ac mandamus quod si dictus Jacobus filius noster et dicte dompne Teresie ac filii ejus seu descendentes ab eo legitimi masculi in recta linea sine filiis legitimis masculis decederent omnia predicta que ipsi Jacobo supra dimittimus devolvantur ad Petrum fratrem ejus filium nostrum et de dicte dompne Teresie si vixerit vel ad filios ejus legitimos masculos si ipse Petrus tunc non viveret. Et hanc subtitutionem similiter facimus de Petro predicto ad jam dictum Jacobum et ejus filios legittimos masculos super omnibus que eidem Petro jure institutionis et hereditatis dimittimus ut supra continetur si ipsum Petrum vel ejus filios seu descendentes ab eo in recta linea legittimos masculos mori contigerit sine filiis legittimis masculis. Mandantes et statuentes quod in predictis que prefatis Jacobo et Petro filiis nostris et dompne Teresie dimitimus jure institutionis non possit hereditare filia femina vel alia licet esset legitima nisi filius masculus

et legittimus tantum. Et si filia vel filie legittime superfuerint ex eisdem Jacobo sive Petro ille masculus vel masculi heredes ipsorum vel alterius eorundem qui ipsa hereditabunt juxta nostram substitutionem predictam ipsam et ipsas ut decreverit maritare. Item si forte Jacobus et Petrus predicti ac filii eorum seu ab eis descendentes in recta linea legittimi masculi obierent sine filio vel filiis legittimis masculis volumus statuimus ac mandamus quatenus omnia supradicta que eis jure institutionis damus superius et dimittimus devolvantur ad dictum Infantem Petrum filium nostrum primogenitum vel ad ejus filium vel nepotem sed ad quemlibet alium ex eo legittimum masculum iu recta linea descendentem qui Rex fuerit Aragonum et Valentie. Et si filia vel filie legittime vel eis vel eorum altero in hoc casu super fuerint maritande aut descendentibus in recta linea ab eisdem ipse Infans Petrus vel filius seu nepos ejus aut alius ab eo descendens ut dictum est ad quem predicta devolventur teneantur eam et eas ydonee maritare et dare majori quatuor mille morabatinos auri in casamentum et unicuique aliarum tria milia aureorum. Item volumus et mandamus quod filii nostri et heredes observent donaciones quas jam fecimus Ferrando Sancii et quas fecimus Petro Ferrandi filiis nostris naturalibus secundum quod in instrumentis donationum inde a nobis eis factis continetur. Nec non etiam volumus et statuimus et mandamus quod si contigerit quod Deus avertat quod dictus Infans Petrus primogenitus filius noster vel filii ejus legittimi masculi seu descendentes

ab eo in recta linea masculi legittimi sine filio vel filiis legitimis masculis morerentur regna et comitatus et alia omnia que sibi dimittimus devolvantur ad infantem Jacobum filium nostrum heredem Majorice si vixerit tunc vel ad filium seu filios ejus seu ad descendentes ab eo in recta linea legittimos masculos qui Rex fuerit Majorice et dominus Montispesullani. Et si forte predictus Infans Jacobus filius noster vel filii ejus legittimi masculi vel descendentes ab eo in recta linea legittimi masculi sine filio vel filiis legittimis masculis decederent volumus et statuimus ac mandamus quod regnum Majorice et Insule Minorice et Evisse predicte et comitatus predicti et Monspesullanus cum toto dominio et territorio ejus et omnia et singula alia que sibi supra dimittimus ad Infantem Petrum predictum filium nostrum vel ad filium seu nepotem ejus aut alium legittimum masculum ab eo in recta linea descendentem qui Rex fuerit Aragonum et Valentie ac comes Barchinone penitus devolvantur. Et si quod absit predicti filii nostri Infans Petrus et Infans Jacobus et filii ejus seu descendentes ab eis in recta linea legittimi masculi sine filio vel filiis legittimis masculis decederent volumus et statuimus ac mandamus quod regna predicta omnia et comitatus omnes predicti et villa Montispesullani cum toto ejus dominio et omnia predicta alia que eis dimittimus ut supra continetur devolvantur ad Jacobum predictum filium nostrum et dicte dompne Teresie si tunc vixerit et si mortuus fuerit ad filios ejus legittimos masculos seu descendentes ab eo in recta linea legittimos mas-

culos revertantur. Et eo Jacobo sine filiis ejus vel descendentibus in recta linea ab eodem legittimis masculis in casu predicto defficientibus vel si decederent sine filio vel filiis legittimis masculis volumus et statuimus quod omnia regna et comitatus predicti et Monspesullanus et terre predicte omnes devolvantur ad Petrum filium nostrum predictum et dompne Teresie antedicte si vixerit vel ad filios ejus seu descendentes ab eo in recta linea legittimos masculos tunc extantes. Quo Petro filio nostro et descendentibus ab eo ut dictum est defficientibus vel decedentibus sine filiis legittimis masculis regna et comitatus predicti et villa Montispesullani cum suo dominio et predicta omnia devolvantur ad filios legittimos masculos Illustris regine Castelle dompne Yolant filie nostre cujus filiis legittimis masculis defficientibus quod absit predicta omnia devolvantur ad legittimos filios masculos dompne Constancie filie nostre inferius memorate et filiis ipsius Constancie legittimis masculis defficientibus devolvantur predicta omnia ad filios legittimos masculos dompne Elizabet filie nostre Regine quondam Francie ante dicte. Et defficientibus quod absit omnibus predictis ut supra dictum est volumus et statuimus quod predicta omnia devolvantur ad illum qui nobis erit proximior in linea parentele qui tamen fuerit legittimus et masculus et descendat recto gradu de genere nostro. Insuper etiam volentes ut regna et terre que et quas dictis filiis nostris Infanti Petro et Infanti Jacobo dimittimus integra semper remaneant cuique eorum et suis ut supra ordinatum est et quod diminui non pos-

sint nec transmutari in alienum dominium seu transfferri. Volumus statuimus et ordinamus quod nullus predictorum filiorum aut nepotum nostrorum seu a nobis in recta linea descendencium institutorum aut substitutorum a nobis ut supra continetur possit in regnis et comitatibus predictis et in villa ac dominio Montispesullani et in terris et castris predictis que et quas eis ut dictum est dimittimus feminam aliquam filiam scilicet vel aliam in totum vel in partem instituere heredem nec dare etiam sibi in casamentum seu dotem aut aliter ullo modo. Nichilominus etiam mandamus ac firmiter perpetuo statuimus quod regna Aragonum et Valentie et comitatus Barchinone et omnes terre que et quas predicto Infanti Petro filio nostro dimittimus ut supra continetur et omnia etiam ad ipsa regna et terras ubique pertinentia et debentia pertinere quocumque modo sint semper unius et ejusdem domini et dominii scilicet regis Aragonum. Et idem filius noster Infans Petrus vel sui successores non possint ipsa regna comitatus et terras dividere inter suos filios vel filias aut in alias personas alienare sed semper ipsa regna comitatus et terre remaneant et sint regis et domini Aragonum integriter ut est dictum et unum solum filium suum legittimum masculum dictus Infans Petrus et sui post ipsum successive heredem faciant in eisdem salvis tamen substitutionibus nostris predictis. Mandantes similiter ac firmiter perpetuo statuentes quod regnum Majorice et Insule Minorice et Evisse et villa Montispesullani cum territorio et dominio ejusdem et comitatus Rossilionis Ceritanie

et Confluentis predicti et Caucumliberum et alia que ipsi Infanti Jacobo supra dimittimus et omnia pertinentia et pertinere debentia ad eadem ubique quocumque modo sint semper domini et dominii ejusdem scilicet regis Majorice et idem Infans Jacobus filiius noster vel ejus successores non possint ipsa dividere inter suos filios aut filias aut in alias personas alienare sed ipsum regnum et comitatus et Monspesullanus et alia que ipsi Infanti Jacobo dimisimus superius semper remaneant et sint regis et dominii Majorice integriter ut est dictum. Et unum solum filium suum legittimum masculum idem Infans Jacobus et sui post ipsum successive heredem faciant in eisdem. Salvis tamen substitutionibus nostris predictis. Item filios Infantis dompne Constancie quondam filie nostre et Infantis dompni Emanuelis fratris illustris Regis Castelle nepotes nostros instituimus heredes nostros in camera et aliis que prefate Constancie dedimus tempore nupciarum et ipsos eis volumus esse contentos de bonis nostris. Item cum presenti testamento confirmamus et approbamus omnes donaciones a nobis factas usque modo pro hereditatibus vel beneficiis quibuslibet personis et pro anima nostra ordinibus ecclesiis vel locis religiosis a nobis factas similiter usque modo. Et hec est nostra ultima voluntas quam valere volumus et statuimus jure testamenti vel nuncupativi aut codicillorum seu alterius cujuslibet nostre ultime voluntatis. Revocantes omnia alia testamenta et quamlibet aliam ultimam voluntatem nostram que a nobis ante hujus testamenti confeccionem seu ordi-

nationem ordinatam fuerint seu confecta. Actum est hoc in Montepesullano septimo kalendas septembris anno Domini Millessimo CCLXX secundo. Quod testamentum fuit per predictum dominum Regem firmatum et concessum presentibus nobili Bertrando de Beylo Podio domino Jaclappi Berengario de Tornamira milite Jacobo de Rocha Sacrista Ilerdense decano Valentie et notario ejusdem domini Regis Arnaldo Caynnot capellano ejusdem domini Regis et Johannem de Turre fracta canonico Ilerdense testibus ad hoc spetialiter electis et vocatis et pluribus aliis et testis in ista contenti erant in curia constituti.

Signum ✠ Jacobi Dei gratia Regis Aragonum Majorice et Valentie comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesullani.

Testes sunt Jaufridus vicecomes Rocaberti.	Ermengaudus de Urgio.	Guillermus Zacort.
	Garcias de Castroaciolo.	Arbertus de Fuxio.

Sig✠num Simonis de Sancto Felicio scriptoris domini Regis predicti qui de mandato spetiali et expresso ejusdem domini Regis hec scripsit et clausit loco die et anno prefixis.

Et est sciendum quod mille morabatini supra legati monasterio Benifazani sunt jam soluti ex donatione quam dicto monasterio fecit dominus Rex de parte sua decima panis de Vallebona et Arbors Sobirans Aldeis Morelle et CCC morabatini legati monasterio Regalis uxta Alcalanum sunt jam assignati eis.

Ego Nicholaus Petri Raymundi notarius publicus

Cesarauguste originale ut superius continetur vidi et de verbo ad verbum legi et in hoc presenti translato ut testis suscribo et hoc sig✠num meum appono.

Ego Michael Petri de Berbegal notarius publicus Cesarauguste originale ut superius continetur vidi et de verbo ad verbum legi et in hoc presenti translato ut testis suscribo et hoc sig✠num meum appono.

Ego Petrus Luppi notarius publicus Cesarauguste mandato Illustrium dominorum regum Petri Dei gratia Regis Aragonum et Jacobi per eandem regis Majorice qui hoc translatum cum originali testamenti domini Jacobi bone memorie Regis Aragonum quondam de verbo ad verbum probavi hoc translatum scribi feci et hoc sig✠num feci.

Ego Johannes de Arcayna notarius publicus Cesarauguste hoc presens translatum a testamento illustrissimi domini Jacobi bone memorie quondam Regis Aragonum sigillato cum bulla plumbea pendenti in filis ciricis de verbo ad verbum extraxi et propria manu scripsi cum litteris supra scriptis ubi dicitur C.IIII^{or} in loco uno et dominabus ejusdem ordinis et in alio loco ubi dicitur legittimus et hoc sig✠nnm meum appono.

Et ego dompnus J. Egidii Tarini çalmedini Cesarauguste instrumentum originale testamenti domini Jacobi regis Aragonum quondam ipsius sigillo plumbeo pendenti sigillatum cum vera bulla et vero filo sive vera corda serica vidi et cum presenti translato prefati instrumenti originalis verbo ad verbum examinati legi atque probari jussi et feci et ut hoc presens translatum

pro auctentico habeatur ipsum feci sigillo Cesarauguste curie sigillari. Et ego Guillermus de Ates publicus tabellio civitatis Cesarauguste scribens in curia pro dompno M. Violeta notario ejusdem curie mandato dompni J. Egidii Tarini çalmedine predicti hoc presens translatum sigillo curie sigillavi et hoc Sig✠num meum apposui cum litteris supra scriptis ubi dicitur testamenti et mandato prefati çalmadine pro eo subscripsi.

Sig✠num nostri Jacobi Jaufredi judicis ordinarii curie bajuli Perpiniani qui predicto translato per nos cum suo originali et publico translato legittime comprobato auctoritatem nostram judiciariam interponimus et decretum ut eidem tamquam suo originali fides plena ab omnibus adhibeatur in presentia notariorum infrascriptorum in quorum presentia dictum translatum fuit lectum et cum suo originali et publico translato comprobatum.

Ego Guillermus Monerii auctoritate illustrissimi domini Jacobi Dei gratia regis Majorice publicus notarius in comitatibus Rossilionis et Ceritanie hoc presens translatum requisitus a dicto suo originali publico et auctentico translato sigillo cereo curie Cesarauguste in veta cirici in eadem pendenti comunito fideliter de verbo ad verbum sumpsi et translatavi propriaque manu scripsi nil addito nilque remoto quod sensum mutet vel intellectum viciet seu corrumpat videntibus et legentibus tribus publicis notariis ad hec spetialiter convocatis videlicet Laurencio Hugueti Antonio Coquiliberi et Petro Geraudi omnibus de Perpi-

niano qui una mecum hoc presens translatum cum dicto suo originali translato viderunt legerunt et fideliter comprobaverunt et in omnibus bene convenire invenerunt XXVII die mensis marcii anno Domini millessimo CCCXL secundo et rasi et emendavi in secunda linea incipiunt et supra scripsi in XVII linea Ilerde et bajulie ejusdem et omnes redditus nostros civitatis et rasi et emendavi in XXXVI linea ubi dicitur masculus et in eadem heredes et supra scripsi in XL linea masculus et hoc meum solitum Sig✠num feci.

Ego Laurencius Hugueti auctoritate Domini nostri regis Majorice notarius publicus Perpiniani hoc translatum una cum infrascriptis Antonio Coquiliberi Petro Geraudi et subscripto Guillermo Monerii notariis publicis Perpiniani juxta auctenticum et publicum translatum manu Guillermi de Ates publici tabellionis civitatis Cesarauguste sigillo curie ejusdem civitatis sigillatum coram dicto domino judice diligenter et fideliter ascultavi et comprobavi et quod utrumque concordare inveni de ipsius judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscribo die et anno proxime dictis cum supra scripto in precedenti proxime linea per me scripta curie et hoc meum solitum Sig✠num feci.

Ego Antonius Coquiliberi auctoritate dicti domini regis Majorice notarius publicus Perpiniani hoc translatum una cum infrascripto Petro Geraudi et supradictis Laurencio Hugueti et Guillermo Monerii notariis publicis Perpiniani juxta auctenticum et publicum translatum manu Guillermi de Ates publici tabellio-

nis civitatis Cesarauguste sigillo curie ejusdem civitatis sigillatum coram dicto domino judice diligenter et fideliter ascultavi et comprobavi et quod utrumque concordare inveni de ipsius judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscribo die et anno predictis et hoc meum solitum Sig✠num feci.

Ego Antonius Coquiliberi auctoritate dicti domini regis Majorice notarius publicus Perpiniani hoc translatum una cum infrascripto Petro Geraudi et supradictis Laurencio Hugueti en Guillermo Monerii notariis publicis Perpiniani juxta auctenticum et publicum translatum manu Guillermi de Ates publici tabellionis civitatis sigillatum coram dicto domino judice diligenter et fideliter ascultavi et comprobavi et quod utrumque concordare inveni de ipsius judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscribo die et anno predictis et hoc meum solitum Sig✠num feci.

Ego Petrus Geraudi auctoritate dicti domini Regis Majorice notarius publicus Perpiniani hoc translatum una cum supradictis Anthonio Coquiliberi et Laurencio Hugueti et Guillermo Monerii notariis juxta auctenticum et publicum translatum manu Guillermi de Ates publici tabellionis civitatis Cesarauguste sigillo curie ejusdem civitatis sigillatum coram dicto domino judice et diligenter et fideliter ascultavi et comprobavi et quod utrumque concordare inveni de ipsius judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscribo die et anno pre-

dictis et hoc meum solitum Sig✠num feci.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam publico instrumento cujus tenor talis est. Pateat universis quod nos Jacobus Dei gratia Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesullani protestamur et in veritate profitemur coram notario et testibus infra scriptis quod cum dominus Jacobus inclite recordationis Dei gratia quondam rex Aragonum et Majorice et Valentie et comes Barchinone et dominus Montispesullani pater noster volens dividere regna et alias terras suas inter filios suos Petrum quondam olim regem Aragonum fratrem nostrum primogenitum et nos Jacobum secundo genitum et jure hereditario donasset et assignasset predicto Petro fratri nostro regna Aragonum et Valentie et Comitatum Barchinone et quedam alia nobis autem similiter donasset et assignasset jure hereditario regnum Majorice cum insulis Minorice et Evisse et aliis insulis eidem regno adjacentibus et comitatus Rossilionis Ceritanie et Confluentis ac villam et baroniam Montispesullani cum quibusdam aliis pro libero et franco alodio cum instrumentis publicis laudatis et juratis et homagio dicto patri nostro et nobis adinvicem prestito et facto roboratis tam per dictum Petrum fratrem nostrum quam etiam per nos. Postea etiam dictus frater noster ad requisicionem et preces nostras predictam donationem et divisionem dictarum terrarum per dictum patrem nostrum factam laudavit et generaliter et favorabiliter approbavit per se et absente et ignoran-

te dicto patre nostro adhuc vivente cum aliquo publico instrumento ac etiam dictus pater noster confirmavit tempore mortis seu cum testamento suo et codicillis prout hec omnia et singula suprascripta in instrumentis publicis dicte divisionis ac hereditamenti et dicte ratificationis seu confirmationis et in testamento et codicillis predictis lacius et plenius continetur. Et mortuo dicto patre nostro dictus Petrus frater noster turpiter veniens contra proprium juramentum et homagium et confirmationem et approbationem suam et ordinationem paternam movisset nobis questionem de omnibus predictis terris a dicto patre nostro nobis datis et assignatis petendo ipsas a nobis penitus sibi dimitti et desemparari cum fructibus et redditibus et exitibus a nobis inde perceptis volendo etiam super hoc nobis movere guerram. Et super hoc nos habuimus recursum ad romanam ecclesiam tanquam ad matrem spiritualem et ratione dicti sacramenti facti et alios amicos nostros ut nos ab ejus violencia protegerent quod facere recusarunt quare nos videntes et cognoscentes nos non ita esse potentes quod ejus potentie resistere nec contra ipsum nos et terras nostras bono modo defendere valeremus metu et timore ipsius et potencie sue et propter minas et terrores quos nobis inferebat habuimus et opportuit nos de necessitate sibi facere quandam recognitionem de accipiendo pro ipso in feudum honoratum predictum regnum Majorice et alias terras nostras sub certis condicionibus excepta villa Montispesullani et castro Latarum et quedam alia pacta et conventiones fuerunt facte et in-

hite inter nos et ipsum cum publico instrumento inter quas nos adinvicem obligavimus et promissimus nos juvare et deffendere contra omnes homines de mundo prout in eodem instrumento lacius et plenius continetur. Processu vero tempore cum ecclesia romana propter invasionem et occupacionem quam ipse fecerat de insula Cicilie contra ipsum fratrem nostrum processisset ipsum excomunicando et omnes ejus fauctores et coadjutores et ipsum per sententiam privasset omnibus regnis et terris quas possidebat et omni honore et dignitate regia et absolvisset omnes vassallos et subditos suos ab omni sacramento fidelitatis et homagio quibus sibi antea tenerentur et alias penas gravissimas imposuisset omnibus fauctoribus et coadjutoribus suis et cunctis aliis sibi adherentibus prout hec omnia et alia in predicta sententia contra ipsum lata per summum Pontificem plenius et lacius continetur. Et diceretur quod illustris Rex Francie tanquam adjutor et fauctor ecclesie ac mandato et auctoritate Summi Pontificis pararet se ad veniendum manu armata contra dictum Petrum fratrem nostrum et terram Catalonie et ipse per virtutem dictarum convencionum de juvando nos ad invicem fecisset nos moneri et requiri ut ipsnm juvare deberemus contra dictum regem Francie et nos sibi deliberare respondissemus quod nos eum in illo casu juvare non tenebamur nec debebamus cum guerra illa esset gnerra ecclesie quam ipse injuste et injuriose et sine consilio et voluntate nostra sibi procuraverit invadendo et occupando predictum regnum Cicilie quod erat et est patrimo-

nium romane ecclesie et sic per pacta illa vel convenciones generales que erant inter nos et ipsum nos non eramus astricti ad ipsum juvandum cum etiam si hoc sibi promisissemus specialiter et expresse ad hoc minime teneremur adhicientes quod etiam patrem nostrum si viveret in tali casu nullatenus juvaremus ipse vero non obstantibus ominibus et singulis supra scriptis absque omni causa racionabili atque prodicionaliter et injuste nobis etiam jacentibus de maxima et gravissima infirmitate post suam visitacionem nobis factam per quendam militem suum nomine Berengarium de Rozanes quem nobis per tres dies ante misserat ad videndum et visitandum nos et consolandum et offerendum pro ipso nobis omnia que nobis grata esse possent sicut fieri debet et consuevit inter bonos fratres manu armata et exercitibus congregatis de nocte more hostili et prodicionali invasit villam nostram Perpiniani et castrum nostrum dicte ville in quo eramus et jacebamus infirmi ut supra dictum est expugnavit et cepit nos et reginam consortem nostram ac liberos nostros et consiliarios similiter nostros et captos tenuit personam autem nostram divina miseratione de manibus ejus miraculose quodammodo eripuit reginam vero predictam cum quatuor filiis nostris in Catalonia secum adduxit et predictos nostros consiliarios quos magnis quantitatibus redemi fecit. Consequenter autem filium suum primogenitum Alfonsum quondam cum magno navigio et multitudine magna hominum armatorum tam equitum quam peditum ad insulam et terram Majorice transmissit et ipsam cum insula

similiter Evisse per ipsum Alfonsum capi et occupari fecit quiquidem Alfonsus ejus filius post mortem ipsius predictas terras sive insulas Majorice et Evisse cum insula Minorice quam postea manu armata invasit devastavit et occupavit durantibus treugis et quamdiu vixit tenuit occupatis. Postea vero mortuo dicto Alfonso Jacobus de Aragone ejus frater nunc vivens successor ejus predictas omnes terras nostras similiter adhuc injuste et injuriose detinet occupatas. Nos autem super hujusmodi injuriis invasionibus ac violenciis nobis illatis sic endebite et injuste habuimus recursum ad Summum Pontificem et romanam ecclesiam tanquam ad illam pro qua omnia predicta mala et dampna sustinuimus. Ideo quare dictum fratrem nostrum contra ipsam juvare noluimus et etiam ad alios amicos nostros in quibus repulsam et defectum invenimus in tantum quod nos predictas terras nostras sic nobis ablatas et occupatas propter deffectum potencie et juvaminis ecclesie romane et aliorum amicorum nostrorum nec alia jura nostra recuperare potuimus nisi sub modo et forma facta et ordinata per Summum Pontificem cum rege Cicilie in pace per ipsum tractata inter illustres regem (?) Francie et Cicilie ex una parte et dictum Jacobum de Aragone nepotem nostrum seu eorum inimicos ex altera in qua nos intendit astringere ad revocandum predictam recognitionem dicto Jacobo de predictis regno et terris nostris. Nos igitur volentes nobis providere et precavere ne propter predictam revocationem predicte recognitionis posset videri nobis quodammodo aliquod

prejudicium generari si gratis et voluntarie concensi-
rimus Deo nobis teste profitemur inquam et protesta-
mur quod nos predictam renovacionem recognitionem
et alia nunc facimus coacti et inviti sive compulsi sci-
licet quia aliter predictum regnum nostrum Majorice
quod est caput nostrum et nominis et honoris nostri
et major pars patrimonii nostri et insulas sive terras
Minorice et Evisse recuperare non poteramus profiten-
tes et protestantes coram notario seu tabellione et tes-
tibus infrascriptis per nos et successores nostros quod
nos non intellegimus nec reputamus per hanc recog-
nicionem nec per aliqua alia nunc facta vel dicta fa-
cienda vel dicenda per nos vel successores nostros es-
se obligatos vel astrictos ad ea tenendam vel obser-
vandam vel aliquid predictorum nec ipsa servare nec
attendere nos nec successores nostri nisi secundum
ordinationem paternam superius expressam et confir-
matam postea per dictum fratrem nostrum imo con-
travenire suo loco et tempore opportunis. Protestantes
et recognicionem et renovationem istam nullius fore
momenti cum dictus Jacobus de Aragone nepos nos-
ter dictum regnum nostrum et terras sive insulas vi a
nobis possideat et sit successor in vicium patris ac
etiam fratris sui et nullum jus in veritate habeat in
predictis quod in nos vel in alium transferre possit
nec facultatem habet de jure in predictis terris nos-
tris aliquid nobis vel alicui alii dandi vel etiam conce-
dendi. Protestamur etiam quod si forte adhuc contí-
geret nos aliquo modo facere vel dicere aliquid prop-
ter quod videretur nos renunciare vel aliquod preju-

ditium huic protestacioni facere quod illud similiter faceremus inviti et coacti et propter illum eundem timorem de admittenda terra nostra protestamur insuper quod istam protestacionem nos oportet de necessitate facere sic secrete et dicto Jacobo nepote nostro ignorante quod aliter comode fieri non posset quare constat nobis et est notorium quod si in ejus presentia eam facere temptaremus ipse ad restitucionem nobis faciendam dictarum terrarum nullatenus assentiret et nos predictum regnum nostrum et alias terras nostras aliter recuperare non possemus imo opporteret nos inde spoliatos penitus remanere. Et de predictis mandamus per notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum. Quod fuit actum decimo kalendas septembris anno Domini Millessimo CC nonagesimo quinto in presentia et testimonio fratris Raymundi guardiani fratrum minorum Perpiniani fratris Bernardi de Appiano de ordine dictorum fratrum minorum fratris Petri Misse prioris domus fratruum predicatorum Biterris fratris Bernardi Johannis ordinis predicatorum Arnaldi bajuli judicis dicti domini regis Majoricarum Bernardi Dalmacii legum doctoris judicis ipsius domini regis. Et mei Michaelis Rotlandi notarii publici Perpiniani qui predictis omnibus interfui. Et predicta omnia scripsi et in hanc publicam formam redegi ad mandatum et requisitionem prefati domini Regis Majorice et hoc Sig✠num fecit.

Sig✠num nostri Jacobi Jaufredi judicis ordinarii Curie bajuli Perpiniani qui predicto translato a suo originali publico et auctentico sumpto et nobis insi-

nuato ac coram nobis in presentia notariorum infrascriptorum cum dicto suo originali fideliter comprobato quia cum dicto suo originali in omnibus ipsum reperimus concordare auctoritatem nostram jadiciariam interponimus et decretum sexta decima die mensis julii anno Domini Millessimo CCC quadragessimo secundo ut eidem translato tanquam suo originali fides plena ab omnibus adhibeatur.

Sig✠num mei Michaelis Pontiliani publici auctoritate regia Perpiniani notarii qui hoc translatum una cum Francisco Gaucerandi Jacobo Castilionis et Guillermo Monerii notariis infra scriptis juxta dictum suum originale coram dicto domino judice diligente comprobavi et ascultavi et quia utrumque concordare inveni de dicti dominis judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium hic me subscribo sexta decima die mensis julii anno Domini Millessimo CCC quadragessimo secundo.

Sig✠num mei Jacobi Castilionis publici auctoritate regia notarii publici Perpiniani qui hoc translatum una cum dictis Francisco Gaucerandi Michaele Pontiliani et Guillermo Monerii juxta dictum suum originale coram dicto domino judice diligenter comprobavi et ascultavi et quia utrumque concordare inveni de dicto domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium hic me subscribo sexta decima die mensis julii anno Domini Millessimo CCC quadragessimo secundo.

Sig✠num mei Francisci Gaucerandi notarii publici auctoritate regia Perpiniani qui hoc translatum una

cum notariis supra nominatis juxta dictum suum originale coram dicto domino judice diligenter comprobavi et scultavi et quia utrumque concordare inveni de dicti domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium hic me subscribo sexta decima die mensis julii anno Domini Millessimo CCC quadragesimo secundo.

Ggo Guillermus Monerii auctoritate illustris domini Regis Majorice notarius publicus hoc translatum a suo originali et auctentico instrumento scripto manu Michaelis Rotlandi quondam notarii publici Perpiniani summi et translatari feci insinuatione inde facta discreto domino judice predicto et in ejus presentia eundem translatum cum dicto suo originali una cum dictis Michaele Pontiliani Jacobo Castilionis et Francisco Gaucerandi notariis publicis diligenter et fideliter ascultavi examinavi et comprobavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscripsi et clausi et hoc Sig✠num feci.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam instrumento publico per alfabetum diviso duobus sigillis cereis quorum unum est domini Regis Aragonum ceree rubee et aliud domini Regis Majoricharum ceree albe ut prima facie apparebat in vetis regalibus de cirico rubei et crocei coloris impendenti sigillato cujus series talis est. In nomine sancte et individue Trinitatis Patris et filii et Spiritus Sancti Amen. No-

tum sit universis quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Valentie et Murcie et comes Barchinone. Et nos Jacobus eadem gratia Rex Majoricarum comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispesullani. Scientes et attendentes nos renovasse presenti die convenciones actenus initas inter dominum Petrum tunc Regem Aragonum patrem nostri Jacobi Regis nunc Aragonum et fratrem nostri Jacobi regis Majorice condam ex una parte et nos dictum Jacobum regem Majorice ex parte altera ut aparet per publicum instrumentum inde factum per presentem notarium et infrascriptum in quibus inter cetera continetur. Quod nos Jacobus rex Majorice predictus et successores nostri juvemus valeamus et deffendamus vos dominum Jacobum regem Aragonum nepotem nostrum karissimum et successores vestros cum toto posse nostro contra cunctos homines de mundo. Et nos dictus Jacobus rex Aragonum promittimus per nos et nostros successores vobis dicto Jacobo regi Majorice karissimo patruo nostro juvare valere et defendere vos et vestros successores et regnum terras et comitatus et jurisdicciones vestras et terrarum vestrarum quas a nobis tenetis in feudum toto posse nostro contra cunctos homines de mundo. Et cum super hiis exortum fuerit odium et guerra subsequta ac terrarum nostrarum dissipacio eo quod ad requisicionem domini Petri regis Aragonum quondam patris nostri dicti Jacobi nunc regis Aragonum vos dictus Jacobus Rex Majoricharum patruus noster tempore quo dicebatur quod illustris rex Francie parabat se ad veniendum contra eum et

terram Cathalonie valere jurare et deffendere recusastis pretendentes quod illo casu non tenebamini ad hec cum guerra illa esset guerra ecclesie quam ipse injuste et injuriose et sine consilio et voluntate vestra sibi procaverat invadendo regnum Sicilie quod erat patrimonium ecclesie et sic per pacta illa vel conventiones generales que erant inter vos et ipsum ad ipsum adjuvandum non eratis astrictus. Ne similis discentio in futurum per predicta valeat oriri et aliter que ex hoc fuit incepta discedere volentes nos reges Aragonum et Majorice predicti per nos et nostros successores in hunc modum transigendo convenimus et conveniendo per hunc modum declaramus quod nos et successores nostri ad quamcumque alterius nostrum vel successorum nostrorum requisicionem habeamus mox omni excusacione remota nos ad invicem juvare valere et deffendere toto posse nostro ubicumque quandocumque et quocumque modo quascumque personas terras vel loca in mari vel in terra alter nostrum et successorum nostrorum invadere voluerit vel contra easdem pecient defendi non obstante quod hujusmodi invasio sive defensio sit aut dicatur per unum de nobis vel successoribus nostris procurata vel sine consilio et voluntate alterius nostrum super hoc requisiti vel injuste aut injuriose disposita ordinata vel quovismodo incohata sint tempore guerre illustris regis Francie predicti ut dictum est fuit allegatum nisi tales essent injuria et injusticia quod de eis jam per determinacionem Romane ecclesie manifeste et liquide constaret. Nos itaque reges predicti per nos et successores nostros pro-

mittimus transaccionem convenciones atque declaraciones predictas servare tenere et complere sine dolo et fraude arte vel malo ingenio ad bonum et sanum intellectum et bone fidei puritate servata et numquam per nos vel nostros alium vel alios contravenire de jure vel de facto verbo vel scripto directe vel indirecte publice vel occulte sub bonorum nostrorum ypotheca et firma stipulatione. Renuntiantes omni juris scripti vel non scripti auxilio exceptioni doli et in factum et crucis privilegio et alii cuilibet privilegio indulto vel etiam indulgendo promittentes nos reges predicti ad invicem sub sacramento et homagio que specialiter propter hoc ad invicem facimus et prestamus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis manibus propriis sponte tactis nos non impetraturos per nos vel nostros successores alium vel alios aliquod privilegium a summo Pontifice vel ejus legatis aut cetu cardinalium vel ab alio quocumque per quod possemus contra predicta vel aliquid predictorum venire aut nos juvare in aliquo vel tueri adhicientes quod si etiam aliquod privilegium nobis vel nostrum alteri vel successorum nostrorum ultra concederetur per quod liceret nobis vel alteri nostrum seu successorum nostrorum venire contra prodicta vel aliquod predictorum illo privilegio promittimus nos sub sacramento et homagio non usuros. Et si contingeret quod absit aliquem nostrum vel successorum nostrorum quacumque causa occasione ratione vel quovis casu in predictis vel aliquo predictorum deficere et predicta omnia non observare talis non solum notetur infamia verum etiam accionibus

quibuscumque privatus omnibus juribus careat et emolumentis que ex conventionibus per predecessores nostros factis et initis et per nos hodie renovatis et per successores nostros renovandis quantumcumque sacramentis et homagiis vallatis ac per universitates nostras et nobiles baronesque ut inter nos conventum est aprobatis fuerit consequtus itaque omnia illius mox jura et comoda deputentur ei nostrum vel nostrorum successorum qui intemerata presentis transactionis conventionis declarationis seu pacti servaverit. In cujus rei testimonium nos dicti reges Aragonum et Majoricharum hoc presens publicum instrumentum sigillorum nostrorum appensione duximus roborandum. Actum est hoc in castris prope Argilers Elnensis diocesis in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli videlicet tercio kalendas julii anno Domini millessimo ducentesimo nonagesimo octavo. Signum ✠ Jacobi Dei gratia regis Aragonum predicti qui hec concedimus laudamus et juramus et vobis Jacobi regi Majoricharum homagium facimus. Signum ✠ Jacobi Dei gratia regis Majorice predicti qui hec concedimus laudamus et juramus et vobis domino Jacobo regi Aragonum predicto homagium prestamus. Sig✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠na reverendi patris domini Raimundi Dei gratia episcopi Elnensis fratris Raimundi de Ribeles Castellani Emposte magistri hospitalis in Aragonia et Cathalonia venerabilis domini Jaufredi abbatis Fuxensis Poncii prepositi de Solsona Bernardi de Sarriano et Bremundi de Monteferrario et Jacobi de Muredine militum fratris Raimundi de Guardia ordinis militie Templi Arnaldi ba-

juli jurisperiti judicis ipsius domini regis Majorice Berengarii de Vilaragut et Guillermi de Podio Orfila testium. Michael Rotlandi notarius publicus Perpiniani qui hanc cartam scripsit mandato dictorum dominorum regum Aragonum et Majoricharum et rasit et emendavit in decima octava linea nos et in vicesima septima linea rasit et emendavit Aragonum et hoc Sig✠num fecit.

Ego Franciscus Figueres vice notarii notarii publici infrascripti hoc presens translatum ab originali suo publico instrumento fideliter scripsi et translatavi puncto ad punctum verbo ad verbum nihil addens vel minuens quod sensum mutet vel corrumpat intellectum videntibus et legentibus tribus testibus litteratis ad spetialiter convocatis videlicet Jacobo de Viridario Johanne Mulacha Berengario Pagesii qui omnes tres una mecum hoc presens translatum viderunt tenuerunt et legerunt et in omnibus bene convenire invenerunt die veneris intitulata VI idus augusti anno Domini MCCCXL secundo. Et rasi et emendavi in secunda linea Aragonum.

Sig✠num nostri Jacobi Jaufredi judicis ordinarii curie bajuli Perpiniani qui predicto translato manu Francisci Figueres scriptoris predicti a suo originali instrumento sumpto et nobis insinuato et coram nobis in presentia notariorum subscriptorum cum dicto suo originali fideliter comprobato quia cum dicto suo originali in omnibus ipsum reperimus concordare auctoritatem nostram judiciariam interponimus et decretum nona die mensis Augusti anno Domini Millessimo

trecesntessimo quadragesimo secundo ut eidem translatato tanquam suo originali fides plena adhibeatur.

Ego Berengarius Pagesii auctoritate illustrissimi domini nostri Majorice regis notarius publicus in quibuslibet partibus dicioni ipsius domini Regis subjectis hoc translatum una cum Petro Ricolfi et Guillermo Monerii notariis publicis subscriptis juxta auctenticum instrumentum manu Michaelis Rotlandi quondam notarii publici Perpiniani scriptum coram predicto judice diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscripsi die et anno proxime dictos. Et hoc Sig✠num feci.

Ego Petrus Ricolffi notarius publicus auctoritate domini Regis Majoricharum illustris in quibuslibet partibus comitatuum Rossilionis et Ceritanie hoc translatum una cum Berengario Pagesii et Guillermo Monerii notariis publicis juxta auctenticum instrumentum manu Michaelis Rotlandi quondam notarii publici Perpiniani scriptum coram predicto judice diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscripsi die et anno proxime dictis et hoc Sig✠num feci.

Ego Guillermus Monerii auctoritate illustris domini regis Majorice ubique terrarum sue dicioni subjectarum et cancellarie ejusdem notarius publicus hoc translatum a suo originali et auctentico instrumento scripto manu dicti Michaelis Rotllandi quondam nota-

rii publici Perpiniani sumpsi et translatari feci insinuatione inde facta discreto domino judice predicto et in ejus presentia predictum translatum cum dicto suo originali una cum dictis Petro Ricolfi et Berengario Pagesii notariis publicis diligenter et fideliter examinavi et comprobavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscripsi die et anno proxime dictis et clausi et hoc Sig✠num feci et rasi et emendavi in ante penultima linea Petro.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam instrumento publico per alfabetum diviso duobus sigillis cereis quorum unum est domini regis Aragonum ceree rubee et aliud domini Regis Majorice cere albe ut prima facie apparebat in vetis regalibus de cirico rubei et crocei coloris in pendenti sigillato cujus series talis est. Notum sit omnibus et universis. Quod nos Jacobus Dei gratia rex Aragonum Valentie et Murcie ac comes Barchinone. Attendentes et considerantes quod in conventionibus dudum factis et initis inter inclitum principem dominum Petrum tunc regem Aragonum genitorem nostrum quondam ex una parte et vos Jacobum eadem gratia regem Majorice comitem Rossilionis et Ceritanie et dominum Montispesullani patruum nostrum ex altera de quibus constat per publicum instrumentum scriptum manu Arnaldi Mironi scriptoris publici Perpiniani tercio decimo kalendas

februarii anno Domini Millessimo ducentesimo septuagesimo octavo et hodie per nos et vos renovatis inter cetera continentur quod in terris Rossilionis Ceritanie Confluentis Vallespirii et de Cauquolibero currat moneta Barchinone et non alia et gentes dictarum terrarum nostrarum consueverunt solvere et recipere secundum quod inter se conveniunt et conveniebant ante et post predictas convenciones in ipsis terris prout etiam in quibusdam locis earundem per privilegia predecessorum nostrorum ex aliquibus rationibus fuit concessum monetam illustris regis Francie auri et argenti ac etiam alias monetas diversorum principum et comunitatum et vertatur indubium an dicte consuetudini per verba dictarum conventionum renovatarum esset derogatum super quo fuit etiam lis incohata. Nos dictus Jacobus rex Aragonum a dicta litte inter patrem nostrum condam et vos incepta discedere volentes per nos et successores nostros volumus declaramus et ad tollendum omne dubium transhigendo concedimus vobis Jacobo Regi Majorice predicto patruo nostro carissimo et vestris successoribus perpetuo quod in omnibus predictis terris vestris vos et vestri successores ac gentes dictarum terrarum vestrarum possitis et possint quascumque monetas per quoscumque principes vel quascumque comunitates ac etiam per vos vel vestros successores fabricatas solvere et recipere libere dum tamen per vos vel vestros successores illis monetis cursus certus non detur nec aliquis ad solvendum vel recipiendum tales monetas cogatur et quod omnes contractus fiant ad monetam

Barchinone dumtaxat. Et nos Jacobus Dei gratia rex Majorice a dicta litte cessare volentes dictam transaccionem concedendo et admitendo promittimus per nos et nostros ipsam servare et cursum certum ut predictum est nulli alteri monete quam Barchinone in dictis terris nostris dare nec aliquem vel aliquos cogere ad recipiendum vel solvendum. In cujus rei testimonium nos rex Aragonum et rex Majorice predicti hoc presens publicum instrumentum sigillorum nostrorum apensione duximus roborandum. Actum est hoc in castris prope Argilers Elnensis diocesis in festo apostolorum Petri et Pauli videlicet tercio kalendas julii anno Domini millessimo ducentessimo nonagesimo octavo. Signum ✠ Jacobi Dei gratia regis Aragonum predicti qui hec laudamus firmamus juramus et pro predictis omnibus tenendis et complendis vobis Jacobo regi Majorice homagium facimus. Signum ✠ Jacobi Dei gratia Regis Majorice predicti qui hec laudamus firmamus juramus et pro predictis omnibus tenendis et complendis vobis dicto domino Jacobo Regi Aragonum homagium facimus Sig✠✠✠✠✠✠✠✠na revendi patris domini Raimundi Dei gratia Episcopi Elnensis fratris Raimundi de Ribelles Castellani Emposte magistri hospitalis in Aragonia et Cathalonia Poncii prepositi de Solsona Bernardi de Sarriano et Bremundi de Monteferrario militum Jacobi de Muredine militis fratris Raimundi de Gardia ordinis milicie Templi et Guillermi de Podio Orfila testium. Michael Rotlandi notarius publicus Perpiniani hanc cartam scripsit mandato dictorum dominorum regum Aragonum

et Majorice et suprascripsit in duodecima linea predicti et hoc Sig✠num fecit.

Ego Ferrarius Figueres vice notarii publici infrascripti hoc presens translatum ab originali suo publico instrumento fideliter scripsi et translatavi puncto ad punctum verbo ad verbum nichil addens vel minuens quod sensum mutet vel corrumpat intellectum videntibus et legentibus tribus testibus literatis ad hec spetialiter convocatis videlicet Petro Ricolfi Johanne Mulacha Francisco Figueres scriptoribus Perpiniani qui omnes una mecum hoc presens translatum viderunt tenuerunt et legerunt et in omnibus bene convenire invenerunt die intitulata quinto idus augusti anno Domini Millessimo trecentessimo quadragessimo secundo.

Sig✠num nostri Jacobi Jaufredi judicis ordinarii curie bajulis Perpiniani qui predicto translato manu Ferrarii Figueres scriptoris predicti a suo originali sumpto et nobis insinuato et coram nobis in presentia notariorum subscriptorum cum dicto suo originali fideliter comprobato quia cum dicto suo originali in omnibus ipsum reperimus concordare auctoritatem nostram judiciariam interponimus et decretum nona die Augusti anno Domini Millessimo trecentessimo quadragessimo secundo ut eidem translato tanquam suo originali fides plena ab omnibus adhibeatur.

Ego Berengarius Pagesii auctoritate illustrissimi domini nostri Majorice Regis notarius publicus in quibuslibet partibus dicioni ipsius domini nostri Regis subjectis hoc translatum una cum Petro Ricolfi et Pe-

tro Glorie notariis publicis infrascriptis juxta auctenticum instrumentum manu Michaelis Rotlandi condam notarii publici Perpiniani scriptum coram predicto judice diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testium me subscripsi die et anno proxime dictis et hoc Sig✠num feci.

Ego Petrus Ricolfi notarius publicus auctoritate domini Regis Majoricharum illustris in quibuslibet partibus comitatuum Rossilionis et Ceritanie hoc translatum una cum Berengario Pagesii et Petro Glorie notariis publicis juxta auctenticum instrumentum manu Michaelis Rotlandi condam notarii publici Perpiniani scriptum coram predicto judice diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscripsi die et anno proxime dictis et hoc Sig✠num feci.

Ego Petrus Glorie notarius publicus ubique terrarum et cancellarie illustrissimi principis domini nostri Regis Majorice hoc translatum a suo originali et auctentico instrumento scripto manu dicti Michaelis Rotlandi quondam sumi et translatari feci insinuatione inde facta discreto domino judici predicto et in ejus presentia presens translatum cum dicto suo originali una cum dicto Berengario Pagesii et Petro Ricolfi notariis publicis diligenter et fideliter ascultavi examinavi et comprobavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bo-

nam fidem et testimonium me subscribo et claudo et hoc facio solitum meum Signum ✠.

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quadam littera illustris principis domini Alfonsi Dei gratia Regis Aragonum quondam in papiro scripta sigilloque ceree rubee ipsius domini Regis ut apparebat prima facie in ejus dorso sigillata cujus tenor talis est. Illustri principi Jacobo Dei gratia Regi Majorice comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesullani consanguineo nostro nobis karissimo vel ut filio. Alfonsus per eandem Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice ac comes Barchinone. Votive prosperitatis leticiam cum salute. Attentis nostris responsionibus factis quibusdam nostris litteris supra turonensibus illustris Regis Francie et quibusdam aliis monetis a moneta Barchinone que per vestros subditos in terris Rossilionis Ceritanie Confluentis et de Cauquolibero solvuntur et recipiuntur propter quod videbatur conventionibus factis et initis per predecessores nostros et vestros fore derogatum et quibusdam declarationibus super hoc factis per dominum Jacobum genitorem nostrum condam tunc Regem Aragonum et Jacobum avum vestrum tunc Regem Majorice per nos allegatis ac per nos diligenter inspectis in quodam publico instrumento facto et signato per Michaelem Rotlandi notarium in castris prope Argilers diocesis Elnensis in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli videlicet tercio kalendas julii anno Domini MCCLXXX

octavo sicut in eodem plenius continetur. Concedimus per presentes declarando et permitendo quod de cetero de supradictis monetis non intromitemus nos eisdem contradicendo cum hoc non cedat in dictarum conventionum derogationem sicut liquide apparet per predictum instrumentum dum tamen per vos vel vestros cursus eisdem monetis non detur et nemine absolvendum vel recipiendum easdem duxeritis cogendum. Datta Barchinone quarto kalendas septembris anno Domini Millessimo CCCXXX quinto provisa.

Ego Franciscus Figueres vice notarii publici infrascripti hoc presens translatum ab originali litera fideliter scripsi et translatavi.

Sig✠num nostri Jacobi Jaufredi judicis ordinarii curie bajuli Perpiniani qui predicto translato manu Francisci Figueres scriptoris predicti a sua originali littera sumpto et nobis insinuato et coram nobis in presentia notariorum infrascriptorum cum dicta originali littera fideliter comprobato quia cum dicto suo originali in omnibus ipsum reperimus concordare auctoritatem nostram judiciariam interponimus et decretum ut eidem translato adhibeatur tanquam suo originali ab omnibus fides plena nona die Augusti anno Domini MCCC quadragesimo secundo.

Ego Berengarius Pagesii auctoritate illustrissimi domini nostri Majoricharum Regis ubique terrarum dicioni ipsius domini Regis subjectarum notarius publicus hoc translatum una cum Guillermo Monerii et Petro Glorie notariis publicis subscriptis juxta litteram originalem scriptum coram predicto judice diligenter

et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscripsi die et anno proxime dictis et hoc Sig✠num feci.

Ego Guillermus Monerii auctoritate Illustris domini Regis Majorice ubique terrarum sue dicioni subjectarum et ejusdem cancellarie notarius publicus hoc translatum una cum dictis Berengario Pagesii et Petro Glorie juxta litteram originalem scriptum coram predicto judice diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscripsi die et anno proxime dictis et hoc Sig✠num feci.

Ego Petrus Glorie notarius publicus ubique terrarum et cancellarie illustrissimi Principis domini nostri Regis Majorice hoc translatum a sua originali littera sumptum scribi et translatari feci insinuatione inde facta discreto domini judici predicto et in ejus presentia presens translatum cum sua originali littera una cum dictis Berengario Pagesii et Guillermo Monerii notariis diligenter et fideliter ascultavi examinavi et comprobavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscribo et claudo et hoc facio solitum meum Signum ✠.

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quadam littera illustris principis domini Petri Dei gratia

regis Aragonum in papiro scripta sigilloque cere rubee ipsius domini Regis ut apparebat prima in ejus dorso sigillata cujus tenor talis est. Illustri Principi Philippo Dei gratia Regi Francie. Petrus per eandem Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone salutem et prosperos ad vota successus. Cum per litteras vestre magnificencie nos fueritis deprecati super facto Regis Majorice videlicet ne haberemus eum juvare si ipsum contingat nobiscum guerram habere attentis nexu sanguinis et vinculo dilecciones que inter nos et vos consistunt per presentes serenitatem vestram certificamus quod in predicto casu dictum Regem non juvabimus vel defendemus nec aliquid pro eo faciemus propter quod inter nos et vos odium et rancor queat generari. Datum Terrachone IIII kalendas junii anno Domini MCCC quadragesimo primo. A. Vicecancellarius.

Ego Franciscus Figueres vice notarii publici infrascripti hoc presens translatum originali littera fideliter scripsi ei translatavi.

Sig✠num nostri Jacobi Jaufridi judicis ordinarii curie bajuli Perpiniani qui predicto translato manu dicti Francisci Figueres a dicta originali littera sumpto et nobis insinuato et coram nobis in presentia notariorum infrascriptorum cum dicto suo originali fideliter comprobato quia cum dicto suo originali in omnibus ipsum reperimus concordare et ut eidem translato tanquam suo originali adhibeatur ab omnibus plena fides auctoritatem nostram judiciariam interponimus et decretum nona die augusti anno Domini Mi-

llessimo trecentessimo quadragesimo secundo.

Ego Guillermus Monerii auctoritate illustris domini regis Majorice ubique terrarum sue dicioni subjectarum et ejusdem cancellarie notarius publicus hoc presens translatum una cum Berengario Pagesii et Petro Glorie publicis notariis infrascriptis cum dicta sua originali littera manu dicti Francischi Figueres scriptum coram predicto judice diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscripsi die et anno proxime dictis et hoc Sig✠num feci.

Ego Berengarius Pagesii auctoritate domini nostri Regis pretensi notarius publicus in quibuslibet partibus dicioni ejusdem domini Regis subjectis hoc presens translatum una cum Guillermo Monerii notario publico suprascripto et Petro Glorie notario etiam publico infrascripto cum littera sua originali predicta manu dicti Francischi Figueres scriptum coram memorato judice diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscripsi die et anno proxime dictis solitoque meo signo subsig✠navi.

Ego Petrus Glorie notarius publicus ubique terrarum et cancellarie domini nostri Regis Majorice Illustrissimi hoc translatum a suo originali littera sumptum scribi et translatari feci insinuacione inde facta discreto domino judici predicto et in ejus presentia presens translatum cum sua originali littera una cum

dictis Guillermo Monerii et Berengario Pagesii notariis diligenter et fideliter ascultavi examinavi et comprobavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad ejusdem translati bonam fidem et testimonium me subscribo claudo et hoc facio solitum meum Signum ✠.

Rex Majoricarum.

Vestratum et civium vestrorum fidelem et precordialem affectionem que nostri animi affectum in altius erigit prospicientes non obliti horum que pro nostri Regni defentione et munitione motu vestro proprio et laudabili intentu honori nostri culminis continue invigilando in nostri absentia dum in Franciam eramus quod nostro cordiali animo et affectus ad inmensum recomendatum et merito gratum cedit fideliter cum effectu remedio adhibendo peregistis ut nostra Regni nostri Majorice res publica tuta atque dessa permaneat et ea premunita nullum valeat obstaculum presentire merito fidelitatem vestram et affectionem comendamus et laudamus ea vobis quam plurimum regraciando. Scientes quod nos ad evitandum discordiam inter nos et illustrem Regem Aragonum carissimum fratrem nostrum qui processus suos contra nos fecit et exercitus suos convocavit contra nos et terram nostram seductus per non nullos nostro et suo detrahentes honori obtulimus stare racioni ab ea nullo modo deviando cupiendo quantum in nobis est concernere

secum concordiam et amorem ad quem invicem jungimur sanguinis nexu taliter quod per nos non stat quominus amor et concordia ad invicem perseveret set quoniam ille qui auctor est sevitie non patitur dictum Regem ab inseminata discordia abstinere propter quod ad ejusdem indignationem perfugiendam et evitandam op ius sit nobis terram nostram parare pro defensione tuta ejusdem terre nostre et ad ea sine vestri concilio et assensu procedere non intendamus. Idcirco affectionem vestram quam jam prestimus promptam rogamus et exortamus ut ad Regni nostri invigilet deffensioni remedia indegando et adhibendo que vestre fidelitati pro ejusdem Regni nostri tuta munitione et defensione visa fuerint decentia et opportuna nobisque illa que vobis superinde videbitur expedienda significando et ea nos prout de vestri processerit assensu et concilio adimplebimus cum effectu et equitum et peditum hominum et aliorum prout ex vestro perpendimus concilio curavimus effectualiter provideri. Intimantes vobis quod cum vestro concilio et non aliter ad ea est nostra intentio providere. Inquam quia vestratum noscimus dilectionem affectasse nostrum felicem adventum et presentire super inde nostram expedicionem vobis significamus quod per Dei gratiam nos bene cum illustri Francie Rege concordavimus taliter quod cum eo remansimus melius quam secum fuerimus unquam veruntamen negocia nostra cum majori comodo fuissent expedita nisi fuisset Rex Aragonum qui ad ea nobis quantum potuit prestitit turbum et impedimentum. Datum Perpiniani XXI die mensis junii anno Domi-

ni Millessimo trecentessimo quadragessimo secundo.

Suprascriptio hujus littere que clausa et sigillata sigillo secreto missa fuerat per Jacobum olim regem Majorice talis erat.

Fidelibus nostris juratis civitatis Majorice.

Rex Majorice.

Multis modis fidelitatis et legalitatis vestre soliditas laudabiliter explorata potest merito comendari que intacta persistens quanto temptatur frecuentius tanto refulget potius et validius solidatur intellectis itaque omnibus que vestra fidelitas scripsit nobis eidem sicut possumus confidenter relinquimus ut cum dilecto et fidele locum nostrum tenentem in Regno Majorice pro deffensione et tuitione Regni ipsius omnia adhibeant remedia que noverint adhibenda quantum autem est de inordinata requisitione quam vestre universitati Rex Aragonum faciebat ignarus quanta universitati eidem erga dominum suum fidelitas sufragetur non curamus vobis aliud intimare set hoc vestre prudencie ducimus remitendum nam constat nobis quod tanquam veri fideles et legales vassalli nobiscum vultis vivere atque mori quodque talem ad requisicionem ipsam responsionem dabitis quod vestre congruenter fidelitati nostreque regie dignitatis statui satisffaciet et juvenile Regis Aragonum fratris nostri et inordinatum propositum qui de vestra erga nos constantia minus prudenter suadentibus quibusdam qui nec nostrum nec suum

procurant honorem quique sub falsorum expressione discentionem inter nos et ipsum conati sunt sorere conceperat hesitare repellet omnino et penitus resecabit in laudem vestri et gloriam et erubescenciam eorum qui sibi talem requisicionem fieri suadebant. Scientes e firmo quod irrationabiliter succedunt omnia ad que dictus Rex procedit cum numquam aliud fecerimus quam debeamus et semper stare nos obtulerimus rationi set constat nobis quod seductus est per aliquos qui finaliter de vento ad ultimum veritatis pro suis tantis demeritis ulcionem debitam assequentur interim autem dicti Regis inordinatis processibus et motibus vanis nos et terras nostras viriliter defendemus sicut nostre interest majestatis et non dubitetis quod suo loco si casus exposcerit nostra auxilia etiam si necesse erit personalia erunt propicia vobis valde. Data Perpiniani XXII die juny anno Domini Millessimo trecentessimo XL secundo.

Tenor autem littere preinserte que clausa et sigillo secreto sigillata missa fuerat per olim Regem Majorice sequitur in hunc modum.

Fidelibus nostris juratis Majorice.

Rex Majorice.

Comendantes admodum fidelitatem vestram et merito super habita deliberatione per vos cum dilecto et fidele nostro locum tenente Majorice si Rex Aragonum frater noster in offensam magestatis nostre ad Reg-

num Majorice personaliter transfretare presumeret vel personas aliquas destinare quamquidem deliberationem dilectus et fidelis noster Thesaurarius et consiliarius Bernardus de Podio Aulucho nobis orethenus explicavit de soliditate vestra plurima admodum grata nobis, etiam exponendo deliberationem ipsam tanquam laudabilem multipliciter aprobamus et regraciantes nobis omnia que prompto animo audimus frequenter per vos fieri fideliter pro defensione Regni nostri et nostri honoris. Mandamus vestre fidelitati ut circa virilem executionem dicte deliberationis unanimiter si casus occurreret sicut confidimus prompti sitis. Data Perpiniani tercia die julii anno Domini Millessimo Trecentessimo XL secundo.

Suprascripcionis littere memorate que clausa et secreto sigillo sigillata missa fuerat per dictum olim Majorice Regem series sic se habet.

Fidelibus nostris juratis Majorice.

Rex Majorice.

Per literas nostras mandamus et comittimus dilecto et fideli nostro locum tenenti Majorice ut vestre fidelitati quedam explicet ex parte nostra ad que dari per nos consensum isto tempore que multum expedit inter nos totius discordie materiam amputari valde cederet nobis gratum. Roguantes vestram sinceritatem quatenus fidem indubiam ad ea que ex nostra parte vobis dictus locum tenens explicabit orethenus adhi-

bentes super eis prebere consensum unanimiter debeatis nec corde suo aliter gravemini vestrum dimittere nostro honore propositum isto casu nam non intendimus quod in hoc nec ex hoc vestro juri prejudicium ullum fiat set salvum vobis remaneat et illesum. Datum Barchinone XXIII die julii anno Domini Millessimo trecentessimo quadragessimo secundo.

Littere proxime scripte que clausa et sigillo secreto sigillata missa fuerat per premissum olim Majorice Regem suprascripto sequitur in hunc modum.

Fidelibus nostris juratis Majorice.

Rex Majorice.

Significamus vobis quod cum rege Araguonum convenire nullatenus potuimus ad eo ipsum super petendis a nobis rebus que unquam nec a nobis nec a nostris predecessoribus per ipsum suosque predecessores petite fuerunt invenimus induratum licet etiam super illis nos obtulerimus sicut per publica constat instrumenta stare cognicioni domini Pape vel Cardinalium vel quarumlibet non suspectarum personarum. Quare cum tam super istis quam super defensione Regni et insularum et rerum vestrarum quam super eo quod desideria nostra que habebamus visitandi personaliter regnum et insulas ipsas nullo modo nobis licuit adimplere comiserimus quedam dilecto et fideli nostro Francisco Sacosta que ipse vestre fidelitati orethenus explicabit. Mandamus vobis quatenus ad ea eidem fi-

dem indubiam adhibentes circa eadem diligentiam quam poteritis velitis adhibere. Data in plagia de Blanis II die augusti anno Domini Millessimo trecentessimo quadragessimo secundo.

Titulum suprascriptionis littere antefate que clausa et sigillo secreto sigillata missa fuerat per dictum olim Regem Majorice sequitur in hec verba.

Dilectis et fidelibus nostris juratis Majorice.

Rex Majorice.

Significamus vestre fidelitati quod missus ad nos per illustrem Regem Castelle consanguineum nostrum carissimum venerabilis Cartaginensis Episcopus noviter inter alia nobis exposuit ex parte dicti Regis quod Rex ipse ob nostri honorem concesserat suisque gentibus ac armatarum capitaneis et admiratis mandaverat quod amodo subditis nostris Regni Majorice navegantibus qualiterumque ad partes Barbarie nullum inferant damnum seu impedimentum nisi ferrum vel similia prohibita asportarent vel nisi ad sarracenicas partes Ispanie naviguarent ad illas refrescamentum portantes quequidem exprimere et offerre nobis ex parte dicti Regis dictus Episcopus ab ipso habuisse asserit inter alia in mandatis. Exposuit que nobis Episcopus idem ex parte dicti Regis plura alia legationis sue capitula per que speramus quod honorem et comodum reportabimus dante Deo in quibus fidelitatis et legalitatis vestre constans soliditas merito participes vos habebit

que quidem in sublevacionem angustiarum que inimici nostri menti vestre preparare visi sunt et ut sub magis firma spe bona permaneatis sicut et potestis indubie vobis decrevimus intimare. Data Perpiniani quarta die febroarii anno Domini Millessimo trecentessimo quadragessimo secundo.

Tenor autem suprascriptionis littere hujus que clausa et sigillo secreto sigillata missa fuerat per Jacobum olim Majorice Regem sequitur sub hiis verbis.

Fidelibus et dilectis nostris Juratis Majorice.

Rex Majorice.

Quoniam adhuc vestram fidelitatem per nostram omitimus presentiam visitare saltim ad gaudium interim volumus quod sciatis quod de negociis guerre nostre talia vobis illius operacione qui Regum Rex est poterimus sicut speramus breviter intimare quod a parte vobis poterit aparere quod et nos debitum et honorificum de guerra ipsa faciente illo qui non permitat justitiam deperire finem obtinebimus et nostre legalitatis soliditas quam mendosis obloqucionibus nostri et vestri inimici inficiare nisi sunt debebit merito et poterit per omnia secula comendari. Roguantes vestre mentis constanciam ut firme solito more monentes singulos nostros subditos ad hujus comendacionis effectum consolatos retineat et fideliter invitatos sicut de vestri fidelitatis soliditate confidimus et speramus. Et credimus quod jam scitis qualiter ecclesia Dei facta exami-

natione de justicia hujus guerre Cardinalem unum misit qui auctoritate apostolica potest treugas indicere et providere quod utraque pars suo jure sit contenta contra inobedientem partem et illius subditos fautores terras et valitores per interdicta et excomunicationes et aliter censura ecclesiastica processurus nos autem numquam nisi justitiam voluimus etiam de jure nostro diuitere sicut per instrumenta aparet sepe obtulimus nos paratos set non poteramus transire quod gravamen inculpabile in nostrum et subditorum nostrorum Regni Majorice principaliter ipsi Regno permiteremus sine causa et in tantam offensam justicie irrogari. Data Perpiniani XXVI die ffebruarii anno Domini Miilessimo CCC quadragessimo secundo.

Suprascriptio littere antedicte que clausa et sigillo secreto sigillata missa per dictum olim Majorice Regem extiterat sequitur sub hac forma.

Dilectis et fidelibus nostris juratis Majorice.

Rey de Mallorques.

Jat se sia que de la vostra leyaltat tant nos fisem et en la vostra fermetat tant nos recoudem et en la amor que a nos havets ferms e sens tot dupte eser pugam que nos et la honor de la corona nostra en tot ces no solament ab leyaltat ans encara ses tota negligencia defendrets et mantendrets temor ne perills no duptan sciam certs empero per so cor volem que nostres affers los quals be son vostres a vosaltres axi com

ad amichs et sotsmeses sien manifests e cor em sertz que clarament nostra dretura esgardan et les violencies et opresions a nostres predecessors feytes et a nos continuades concideran vostres coratges mes si fer se pot esgardan so quey es a nostra dretura et vostra affeccio auran et axi com bons sosmeses de les iniuries als nostres et a nos feytes condolen en obra per nostra honor et profit et deffensio de nostre Regne tot jorn crexer no sessaretz a la vostra fealtat et amor per les presens notificam que nostre besavi lo senyor Rey En Jacme de reverent recordacio Rey Darago et de Malorques en sa vida per donacio la derrerana volentat esgardan lo primer nat fil En Pere del Regne Darago et del comptat de Barsalona hereta et no re meyns lo Regne de Valencia lo qual no era de la heretat de sos predecessors ans per sa valentia dels enamichs de la fe avia conquestz li aiusta e al Senyor En Jacme de alta recordacio avi nostre segon nat seu lo Regne de Mallorques et les yles an aquell aiaens lo qual per neguna apostolical donacio ni conformacio a la casa Darago no era aiustat ans per el valentment era de les mans dels sarasins levat et per sa industria conquest les sues gens ad el ad asso no propriament del lur mas axi co alogaders part del dit Regne acquiredor no de son heretage segons ço quey metien demanan axi com en patis fo deduyt et de feyt nos pot amagar aiudan en los comptatz de Rocello en de Serdaya ab les terres ad aquels circumvecines los quals del heretage Darago ni de Barsalona antiguament antz no eren ni a Rey Darago ni a compte de Barsalona de servitut de

feu ni daltre submissio estrets no eren mes que per darerana et voluntaria voluntat dels comptes dels dits comptatz qui ses fils o altres persones coniunctes morien a Rey Darago eren pervenguts et per els depuys an Nuno Sans del dit nostre besavi oncle ab sertes condicions donatz et per defaliment de fils al dit besavi nostre tornatz e Monpesler ab sa seyoria et les terres que entorn ell avem lo qual et les quals per mare lo dit nostre besavi novellament audes avie ab tots los drets al dit Regne et comptatz et terres pertayens sens neguna servitut de feu sino dels comptatz de Rocelo et de Sardaya en cas on venguessen a fila per heretament dona la qual donacio et heretament per abdos los ditz fils fo conformada et aprovada et per quascu dels sagrament et homenage al pare et lau a laltre fo prestat que contre lo dit heretament no vendrien ans aquel a lur poder servarien et per son testament lo dit nostre besavi en sa mort lo dit heretament conferma mudan alcunes coses que al feyt no fan axi com en les substitucions et en so quels comptats nos poquessen partir del Regne de Malorques et com per so cor per lo dit Pere primer nat apres la mort del pare a nostre reverent avi fos moguda questio de totes les terres ad el per lo dit heretament giquides disen ad el per dret de primogenitura pertayer no gardan que no eren estades del heretage Darago axi quant dit es et que mes ef oltra leretage antic li havia son pare giquit lo regne de Valencia et no concideran que so que li avia giquit eren dignitatz per si et qui per si podien estar e que al regne Darago no eren aiustades per gisa que

ab aquell un cors et una dignitat fesessen ni vergoyan que legalment contre son sagrament et homenage que. havia feyt de servar lo dit heretament venia lo dit nostre senyor avi per defalca de poder que la ora avia tant de rendes les quals tant per la industria sua et bonesa de Deu de qui tot be ve are en molt major ses comparacio que la ora monten quantitat quant dobres et forses que de puis no en poc nombre en nostres terres son obrades et per defalca de seyoreiar alcuns lochs et forsses los quals li eren rebelles et contraris et qui eren locs per los quals gran dampnage podie venir a ses terres los quals nostre Senyor no per nostres meritz mes per sa bonesa en nostra ma en nostre temps a meses et per denegament de secors tant del sant pare qui lavores era quant dels autres seus amichs per forssa et per temor al dit seu frare lavores Rey Darago se ac obligar de tener per ell en feu ab sertes condicions molt preiudiciables et vituperables tot ço que son pare li avia giquit et lexat et fo feyta entre els obligacio de valer lau a laltre et de aiudar et defendre contre totz los homens del mon et com apres per crims comeses per lo dit P. encontre la glesa la glesa lages privat de tota sa dignitat et heretat et hages absoltz de homenage et sagrament totz aquels qui li eren tengutz et lo regne Darago et tot lalre ages donat a. I. dels fils del illustre Rey de Fransa lo qual a nostre car et reverent avi atorga que tengues ses terres axi com son pare nostre besavi les li avia giquides nostre avi fo de les dites couvinensses jat se sia que no volguessen clarament deliurat mes en apres feyta prime-

rament protestacio que so que fasia fasia per temor et per so cor lo regne de Mallorques et les yles aiacens daltra gisa cobrar no podia lo qual et les quals li eren stades ocupades per Namfos del dit Rey En Pere fil les dites subiugations et convinensses ab En Jacme Rey Darago et del damunt dit Rey En Pere fil renova et de puis per nostre oncle lo senyor Rey En Sanxo foren ab lo dit Jacme Rey Darago renovades et puis per nos ab lo dit Jacme et ab Namfos fil seu foren en pupillar etat conformades nos encara XIIII ayns no aven et apres per nos ab nostre cuyat et cosi lo Rey En Pere Darago qui vuy es jat se sia que trobassen per solemnes doctors qui en temps de nostre oncle navien feytes allegations consenten et saben nostre senyor lo Pape qui lavores era mossen Joban et daltres que nos naviem demanats que tengut noy fossem ni sagrament ni homenatge nex en temps de etat perfeyta feyts nons y podien obligar com era contra nostra corona et alienacio et servitut de nostre Regne et dignitatz las quals tant de dret canonich com de dret civil ses tot departiment et divisio et alienatio deuen estar ni nostre avi en preiudici dels successors als quals no per el mes por les substicions de nostre dit besavi la eretat pervenia ay tal obligacio fer no podia les dites covinensses et obligacions per causa et cogitam axi com paria de raso que la valenssa quens prometia segons les dites covinensses nos servaria. Renovam et en honors et en altres coses enves el pus reverentment que nostres predecessors envers los feus no avien feyt nos portam et el no vergoyan lo sagrament et homena-

ge quens havia feits segons les covinenssas de aiudar valer et defendre contre tots nos els nostres et nostres terres la qual covinensa per son avi et per lo nostre en la renovácio entre els feyta per manera de transaccio fo per els et per los lurs declarada que lau al altre els lurs agessen aiudar valer et defendre contre totes persones et en tot cas et en qualque gerra que fos justa o no justa si donchs ja per la glesa esser iniusta no era declarat et que de feyt ne de paraula ni descrit no sia contravengut et que aquell quey contrevedra perda totz los emolumenz et accions que en laltre aurie en los affers et gerra que ab lilustre Rey de Franssa per los drets a nos pertayens per rigor de la substitucio de nostre besavi aviem et aver deviem aiudar ne valer ne defendre nons volc ans co al comenssament dels affers nos li dixessem que alcuns amichs nostres cardenals nos avien trames a dir que un embaxador del dit Rey de Franssa lo qual era vengut novellament ad el los ages dit que el cos que fos ab lo dit Rey de Franssa en contra nos que no seria ab nos et que del aytal resposta avia auda et li pregassem que cor eresiem que no era veritat que als dits cardenals los quals li nomnem volges scriure que asso el no avia dit al dit embaxador fer no o volc ne acabar no o pogem et com a gran afany a Montblanch agessem acabat que per nostres affers trameses enbaxadors en Franssa clarament no volc que dixessen que el per nos feses gerra ans neys com nos ystantment lo pregassem que per so que apart sos embaxadors menys de les nostres no poguessen dir re al dit

que son vicicanceller et los altres clerges de son concel al comensament al loc de Sent Saloni on nos ab lo dit Rey Darago nos vesem oides nostres rahons et vistes nostres cartes auda deliberacio agessem dit nos aver dret en los ditz feytz de Monpesler al dit loc de Perpenya venir ni trametre no cura ni de puys que la requesta fo feyta que fo en utubri entro al dit dia primer de Març nula escusacio a nos no trames ni de nostre en re ab nos nos sertifica ans diverses vegades al dit Rey de Franssa escrit que nons aiudaria nins valria en los dits affers axi cant asso lo dit Rey de Françа afferma et a nos et apart et davant altres et a altres menys de nos quin fan testimoni a dit et apar per una de les letres trameses per lo dit Rey Darago que nos reve nos havem et apar aytant be per una letra novellament per lo dit Rey Darago del Rey de Franssa enpetrada en la qual entre les autres paraules se conte quel dit Rey Darago la request et pregat et per ses letres et per sos missages especials que axi com ell a nos no volc donar aiutori cant aviem a fer ab el que per semblant manera el a nos no sofris que fos donada aiuda et per moltes daltres maneres en asso es vengut contre la dita convinensa les quals coses en son cas et en son loc som apparallatz davant juge competent o en loc oportu mostrat et clarament provar et axi com ab sollemnes maestres en teologia et en autres dretz avem deliberat et que axi com dit es nos sia falit no ad el abastan. Jat se sia que nostre senyor avi prestec de no poca quantitat fesses lo qual de puis per nostre oncle li fo relexat e que son fil monseyor nos-

tre pare ab compaya de caval et de peu et ab navell a la gerra Dalmeria li tramesses et que nostre oncle lo senyor Rey En Sanxo al avi del dit Rey Darago grans joies et dons feses et en la conquesta de Serdeya XX galees et dautre navili li tenges la qual cosa entre do et so que fo prestech a CC libres li monta de barseloneses e: que nos a son avi et a son pare II vegades galees tramessessem que no poc costaren per aiudar en Serdeya que en gran peril era constituida et que nos entany a lestret VIII galees entor V meses li tenguem no contrastant que la gerra no era sua ans era valença que fasia al illustre Rey de Castela et no contrastan que ja fossen en los afers que avien ab lo dit Rey de Franssa totz aquestz servesis oblidan volen ademplir la mesura de ses pares lo Rey En Pere son besavi segir volen qui nostre reverent avi axi com dit es fe obligar si obligacio pot esser dita et per so solament cor contre la glesa aiudar no li volc axi cant no devia ni podia lo dit nostre avi pres prodicionalment de nuit la vila el castel de Perpenya prenen on lavores malaute iasia et com lo dit avi nostre per voluntat de Deu per loc secret escapas de ses mans madona la Reyna muler sua et sos enfans preses sen mena et sos conselers los quals per grans quantitats resembre fe et lo frare de son avi Namfos volen semblar qui lo Regne de Mallorques et la yla Divissa tolc a nostre dit avi et la yla de Manorques li pres et li barreia et devasta duran trenes et depuys sobre la terra de Rocelo venc et ab el combatre se volc et axi com son avi lo Rey En Jacme Darago fer volem qui a nostre oncle

alscunes questions moc et de pux apres la mort del nostre oncle lo senyor Rey En Sanxo a nos questio moc disen tot lo Regne et nostres terres ad el pertayer nos no volem Rey nomenar ans nostres gents endux aytant com poc que ad el et no a nos axi co a Seyor volgessen obesir no concideran que segons que ia en temps de nostre dit oncle per sollempnes doctors davant nostre seyor lo Pape Johan qui lavores era era estat determenat que segons les substitucions de nostre reverent besavi a nos les dites terres pertayien et no aven vergoya que la on fos axi com el entenia que nos no fossem dexendens en dreta liya per so cor erem fils del frare de nostre oncle que primerament era esdevengut en el al qual lo Regne era vengut per son frare et axi degra esser devolgut a nostre avi per les substitucions que disen que cant lo Regne Darago defala ses mascle dexenden en dreta liya que torn al Rey de Mallorques o als seus et per les peiades en asso de son pare anan qui ensemps ab son pare avi del dit Rey Darago qui are es nostre oncle mossen En Phelip forsaren que de feyt con de dret fer nos podia grans quantitats de pecunies qui a nos per els eren degudes remeses et en diverses maneres lo dit nostre oncle a mesionar feren et qui apres la mort de son pare a nos qui ad el ab letra de seguritat erem anatz a Tortosa un protest lo qual a conservacio de nostre dret feyt aviem sobre alcuna requesta que deue venir a cort indegudament feyta nos avia per menasses et per so cor sentim tant per la Regina sa muler qui tostemps nos a amatz quat per altres persones qui amaven nos-

tra honor que no contrastant la dit gisage nos volia pendre fe revocar et exepli en aso de sos predecessors prenen entany nos requeri per vigor de les convinenses quens mesessem en gerra ab lo Rey del Garp ab lo qual erem en pau no contrastant los dampnages qui li mostraven que nostres sosmeses ne prenien en los perils en que nostre regne nera et nos endux que al illustre Rey de Franssa nostre car cosí no anassem per valerli axi com fer voliem et li aviem ja scrit volen segons que de puis a mostrat que ab los dos maiors Reys del mon la un de crestians laltre de sarayns nos volgues metre en brega per so que de puys mils nos pogues opremer car de puys cant nos erem en los affers ab lo dit Rey de Franssa et nos fom a sa requesta desixits del Rey del Garp nos trames a dir paraules de menasses sobre lo passage que levaven de ses gens no contrasten que nex segons les covinenses a nos pertayia delivar so de que nul temps ni son pare ni el no seran entrameses per be que entre ses gents et nos diversses vegades nera estat contrast et no haviem esgart que nexs les convinenses no contrastan en los comptats de Rocelo et de Sardaya monedes fer puscam et qualsque monedes sien per nos o per altres fabricades en los dits comptats fos cert noy posan ni negu a asso forssan sien preses et pagades sofrir segons declaracio dasso entre son avi el nostre feyta et per son pare aprovada et que usage noy a que diga que moneda de Barsaloneses nos fona et que probe que fos los usages segons les dites covinenses no an loc en la vila de Perpenya et encara que de nostre

manament no nes estada fosa II o III dies ans del primer dit dia de marz al qual segons nostre requesta ab nos per aiudar esser devia per sa letra nos sita et requeri que personalment dret davant el fermassem pretenden que en los ditz coptatz avien feytes monedes et que avien dat cors a altra moneda que barssaloneses et quels barssaloneses avien foses et aquesta citacio fe no solament per vigor de les convinenses ans altre et part la forma de les convinenses espressament regalia a nos denegan la qual sos predecessors et el meteys tostemps nos avia atorgada et com nos li resposessem que per so cor el no era estat al die que dat li haviem per aiudar et valer et defendre nos en los afers que aviem ab lo dit Rey de Fransa nos era convengut apartir de nostres terres et anar en Franssa per provesir a nostra indepnitat el no contengut que abans que nos anassem en Franssa ab lo dit Rey tractava que rètes los vescomtatz Domelades et de Carlades qui per el se tenien en feu et que romanguessem deseretats de Monpesler en Franssa letres trames per les quals rasons per lo dret del dit Rey de Franssa fasen segons que aparien contra so que li demanavem li envia et tal enformacio de nos li trames que cant lo dit Rey de Franssa o ac lest dix que si nons ages ja atorgat de retre nostre terre que no lans retera nul teps et fo de nos fort despagat entro que nos ab veritat len formem de ço contra veritat de nos lo dit Rey Darago li avia trames mes pero tant de damnage nos dona que alcuna terra que per recompensacio de les demandes que li fasiem nos devia donar et era ja tractat et ma-

neiat et del loc on era ja parlat et de la quantitat nos tolc que per aquella vegada no o volc fer per gardar sa honor entro que en sa gerra lagessem servit mes abans que les dites letres vengessen no contrastant punt denor o volia fer e no remeyns lo dit Rey Darago per prégueres de sa sor la Regina muller nostra no estan axi con contre un soltil seu sos mes procesi si proces pot esser dit nos en contumacia esser cautz declaran et les osts contre nos abans que de Franssa vengessem et de puis cadan et com nos a nostra requesta a Barcelona per veser nos ab el et per ço que mils acordar nos pogessem axi com paria de raso per mar asseguratz ab segurtat per el jurada fossem anats et en les honors acostumades de fer nos minua et galees armades quaxs nos tenen asseiat en gran nostra desenor prop de les nostres aytant coy aturen fe estar et com sobrel feyt de la moneda en tractament per enformar el et son consel volgessem entrar el ni son consel per molt que nos ni nostre consel y feessem nostre poder et per pregères et per altres induccions no volgren escoltar mes si be per nostres predecessors ni per nos mes temps fety no era et no contrastant que la citacio axi com dit es fos feyta nexs part et oltre la forma de les covinensses demanaven que personalment en son poder formassem dret et sobre asso nos cuytaven tant que nex un jorn que fom malaute nos trames III vegades en loc de visitacio que resposessem si fermariem ni asso per pregaries del Arsevesque Dayes legat de nostre Senyor lo Pape no volc a longar ni per ell ni per nos qui o ofriem en ma de nostre Se-

yer lo Papa axi com de juge o darbitre o en ma de persones comunes no sospitoses o volc posar ans espressament o denega la ferma demanan axi que nos ab carta quen fessem levar. esgardan que els innuien que co fossem sos homens que cometiem baya segons los usages car no fermavem resposem que la dita ferma no faciem per so cor enteniem que erem quitis et franes de les covinenços per rasons en loch et en temps degutz proposadores et provadores et per cartes et per ditz de tales persones qui per temor de negu lur dit atras no tornariem mas que erem aparelatz destarne a iusesi del Sant Pare qui es juge dels Reys et nes en possecio dalcuns e de metreo en ma del axi com darbitre o en ma de Cardenals o daltres persones covines et cor voliem conservar amor ab ell axi com ad aquel qui era cap de nostre linage et per amor que li aviem que erem aparelatz de intrar en novels tractamens et tant del nostre jequir que Deus et segle conexeria que volem dar obra de be romandre ensemps et com per so cor nos vesem que el en neguna manera ad alcun tractament no volien venir sino que fermassem so que nul temps axi com dit es no fo feyt et era en gran nostre preiudici et era renovacio de les covinenses les quals axi tant dit es no valen et per be que valgessen son per el trencades et en nostra gran desonor maiorment com el ni son consel no volgren consentir que la dita ferma se feses per gisa que a nos ni ad el no fos prejudici en possecio ni en proprietat cor jat se si quens fos desonor en asso voliem consentir per esquivar gerra et per nos metre en rao et axi

a peril de mort per la utilitat publica de nostres sosmeses aman mes aver afayn en nostra persona que no donarlo a nostres sosmeses et no recusan trebal nostre per donar repos als nostres li ofrim que erem aparelatz destar al iusesi de Deu en tot loc cominal et ab tota persona de nostre estament et com totes aquestes coses el nos denegas la dita ferma demanam et disen que el devia esser juge de nos et no altre partim nos del el a nos fort mal continent et iquos mostran et de puis abans quens reculissem per son veger de la dita ferma ab carta nos requeri protestan a nos de qualsque dretz que fossen per asso ad ell acquiritz o de qualsque penes en que fossem cautz perque nos ab carta en substancia la resposta ja feyta fesem a iusticia so que al dit Rey aviem, dit que erem aparalatz destar al jusesi de Deu axi condamunt es dit et axi nos som tornatz en nostres terres vos certificans que axi com jaus deu aver dit nostre familiar et feel En Costet nostre enteniment era de vos visitar sino per los cuytatz aparels quel dit Rey en contre les terres nostres de sa mar fasia quens o a covengut per de present alexar vos pregam affectuosament que les coses damunt dites esgardan et la raso en que nos nos posam remembran et la leyaltat vostra en que nos fermam no oblidan en tal manera vos aiatz et tals provisions axi com be avetz comenssat fassats qué la honor et lo be de nostre Regne sien conservatz et defeses atenens que tot so que en aquests afers fem a be et a profit de nostre Regne et de nostra terra con nos nostra propria utilitat no gardam ni placie a Deu que

solament de nostra vida trebal plangam et als nostres hereters et als nostres sos meses giquissem trebal et affany et per so que les coses per nos scrites a vos sien mils manifestes trametem vos trelat auctentic dals cunes cartes que toquen lo feyt damunt dit vos pregan que aquesta present et les dites cartes en presencia de tot lo conseyl de dintre et de fora et dalta multitut distinctament et clara liger fassatz et la present ab les dites cartes en lo libre de les franqueses scriure ses tota triga fasatz sabens que aquesta present letra de nostra ma avem scrita per so que pus que de paraula axi com desigam de present les damunt dites coses nous podem exprimir que almenys per nostra propria ma vos visitem et que axi com si fossem presens nos mateix a altre no o cometerem no o avem a altre volgut cometre a scriure et en romans feyta la avem per so que per de falt de exponedor no si poges mudar re per que nostres feytz et entencio a vosaltres poges esser amagada. Dada a Perpeya lo jorn de Sant Laurens. Layn MCCCXLI'.

Rex Majorice.

Vestram fidelitatem latere nolumus quod talem festinanter sucursum mittendum vobis et Regno parari facimus quod speramus Deo duce quod vestras et regni hostium subjectis maliciis angustias resecabit quemquidem circa finem presentis mensis aprilis nisi vel pax vel treuga intervenerit habebitis infallibiliter et

potenter quare vestre fidelitatis constanciam interim solito more invigilet fideliter ad defensiones viriles et tuiciones debitas dicti Regni sicut confidimus et speramus. Data Perpinianis quinta die aprilis anno Domini Millessimo trecentessimo quadragesimo tercio.

Tenor siquidem hujus litere que clausa et sigillata sigillo secreto missa per dictum olim Regem Majorice fuerat sequitur in hunc modum.

Dilectis et fidelibus nostris juratis Majorice.

Rey de Malorques.

A la vostra mol cara feeltat los amatz e feels nostre conceler et camarlench Johan de Sent Johan cavaler et Pere de Cardona nostre cambrer trametem los quals per so avem elegitz cor leyals et fervens en nostra honor axi com aquells que de bona terra procesin malvatz fruitz esser no poden los avem atrobatz et cor axi com part de vostra universitat seran per vosaltres mils receptatz essen pora mils a les de Regne provesir necessitatz els quals la nostra iusta et necessaria escusacio cor nous avem personalment visitatz vos diran et la nostra bona et gran affeccio per la qual breument serem ab vosaltres ensemps aiustatz vos explicaran el prompt et fort aiutori que avem procurat ab lo qual de nostres et vostres enemichs seretz deffenssatz vos recomptaran et alcuns duptes que nostres adversaris an feyt lur poder et de metrels a vos altres se son esforsatz vos declararan et oltre lo nostre clar dret lo

qual jaus havem manifestat la rao en que del feyt de la gerra nos som posatz vos recitaran perque axi com a amichs especials et cars vos pregam et axi com a feels nostres leals et purs vos requerim et axi con assosmeses nostres obediens et humils vos manam quels damunt ditz en so que de nostra part vos diran cresatz et les amonestacions de nostre amat et feel camarlench et conceler et loc tenent nostre Roger de Roanach et dels damunt ditz fer vulatz cor speransa avem en nostre Seyor que la nostra iusticia per el favoreiada et la iniusticia de laltra part condapnada et la raho en quens posam acceptada et la obstinacia de la contraria part airada et la leyaltat que en vos altres es gran et aprovada no oblidan et los aparels que per nos se fan aiudan nostre Regne se defendra et victoriosament de nostres adversaris Deus nos gardara doncs ferms vulatz estar et la deffencio del Regne procurar per so que anaquels qui menten et contre veritat de en feeltat aver en ves nos vos difamen puscatz baronivolment contrastar et que so que diseu no es ver axi com a nos es cert a tot lo mon per obra feel et savia et vigorosa et ardida manifestar. Escrita de nostra ma a Perpeya lo XXIIII die de april layn MCCCXLIII.

Est enim suprascriptio litere hujus que clausa et sigillo secreto sigillata missa extitit per dictum olim Regem Majorice sub forma sequenti.

Als amatz e feels nostres... juratz et prohomens et a tota la universitat del Regne nostre de Malorques.

Rey de Malorques.

Noves havem quel Rey Daraguo se recul et ha aparelat son hestol que son XXXIII gualees e passasen a Malorcha et nons desplau molt per so quar dos coses nesperam certament. La una es que eyl qui tantas vegades vos ha presicats contra veritat no esser lials ni ferms ves nos are de cert se mostrara lo contrari so es que sotz lial gent e denteniment de viure e morir ab vostre Senyor contre totes gens. Laltra es quar cosa si esdevendra de la qual e nos e vos altres haurem honor tostemps so que nos a gran honor nostra e vostra e gran desonor del dit Rey ajuntadament lon farem fuger o saura a combatre ab nos qui serem ab mes que eyl e milor gent haurem ab nos e nostre cors que mentre aytan avant quel Rey Darago lo seu e pus avant per tal manera que ab meins gent valrriem mes que eyl ab mes gent puis que havem ab nos justicia e veritat et axi Deus nons pot falir encara que en aquests affers havem fet tot so que la glesa nos ha demanat e pus avant axi que daquestes coses per lo loctinent En Johan de Sent Johan cavalers e camarlenchs nostres serets clarament informats als quals vulats creurs de so queus diran de part nostra encara vulats creure a les coses quen P. Borsa vos dira de nostra part. E pregam vos duna cosa que si per aventura lo Rey Darago ans que nos siam junts a Malorcha halaser de fer tales fora la ciutat que la tala sol nous

rach quar nos vos prometem en nostra fe rial eus juram als Sants Avangelis de Deu per nos corporalment tocats que totes tales dapnages e greuies que dasso haurets vos esmenarem complidament a vostra volentat axi quo en persona nostra vos direm pus largament e per obra cumplirem breument si a Deu plau. Dada a Perpenya VII dies de mag del any MCCCXLIII.

Suprascripcionis hujus littere que missa fuerat clausa et sigillata sigillo secreto series sic habetur.

Als nostres amats e fisels.. jurats prosomens e tota la universitat de Malorques.

Rey de Malorques.

Fet que encontinent al pus deliure que porets nos trametats paveses e lanses e darts aytants quo porets. Dada a Santa Ponsa XXIII dies de maig del any M CCCXLIII.

Tenor vero suprascriptionis littere predicte que missa fuit clausa et sigillata secreto sigillo per dictum olim Regem Majorice sequitur in hunc modum.

Al nostre amat e fisel camarlench e conseler En Roger de Rovenach cavaler.

Rey de Malorches.

Manam vos que encontinent vista la present sens tota fala nos trametats assi CC quintars de bescut. Dada

a Santa Ponça XXIII dies de mag.

Suprascriptio hujus littere que per dictum olim regem Majorice clausa et sigillo secreto sigillata missa extiterat sequenti serie intimatur.

Als amats e fisels nostres jurats de Malorches.

Rex Majorice.

Mitimus ad vos fidelem nostrum Branchifort qui super fienda provisione ad tuicionem quarundam navium que sunt in capite Salinarum et super mitendis huc ballistariis et aliis armigeris et victualibus et annona explicabit vobis quedam que sibi duximus comitenda sui in predictis credentiam adhibentes eadem curetis effectualiter adimplere. Data in Sancta Poncia XXIII die madii anno Domini MCCCXL tercio.

Super mitendis ballistariis et aliis armigeris bene paratis indecenti et completo numero provideatur inter alia de presenti nam quasi verecundosum est quod de tam extrema civitate tales et tam paucos hic armigeros in tali casu habeamus.

Tenor autem suprascriptionis littere antedicte que missa fuerat per dictum olim Regem Majorice clausa et secreto sigillo sigillata sequitur sub hiis verbis.

Dilectis et fidelibus nostris juratis Majorice.

Jacobus Dei gratia Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani. Fidelibus nos-

tris Majorice. Salutem et gratiam. Sicut nos credimus recordari et oculatum fieri potest fides post inceptam guerram inter nos et Regem Aragonum hostem nostrum etiam post inceptum et quasi completum stoleum ipsius hostis nostri nobis frequenter et cum magna instancia suplicastis ut inter alia ad Regnum nostrum Majorice pro illius defensione et salvamento transmeare personaliter deberemus adiciendo quod adventus noster toti ipsius Regni universitati et vobis specialiter placidus multum esset et multum gentes ad defensionem nostre corone jurium solidaret ob quod et nolentes Regnum nostrum sine defensione virili remanere adversus dictum hostem nostrum non evitato persone nostre periculo et non expectato certo gualearum numero quem armari faciebamus cum quibus dicti Regis stoleo resistere verisimiliter poteramus cum duabus gualeis solum huc venimus ad defendendum nos et Regnum nostrum et rempublicam regni nostri et mandavimus sepe vobis ut pro defensione civitatis et Regni provisiones debitas faceretis post plura autem ad ultimum nobis in dicta civitate existentibus et vaccantibus ad illam viriliter defendendam venti non fuistis nobis exponere quod vel subponeremus personam nostram et bona nostra voluntati dicti hostis nostri vel quod non defenderetis adversus ipsam dictam civitatem quod alienum nisi consultius egeritis fidelitati et legualitati poterit judicari ut quid quod nos obtulerimus et offeramus per presentes ad convenciones redire dudum inhitos inter nostros et dicti hostis nostri predecessores et inter nos et ipsum renovatas et om-

nia agere que juxta illas fienda sunt et omnia ultra non obstante quod ab hiis de jure simus penitus liberati quod vos nobis dixeritis nos ac civitatem non defendere nisi ipsius hostis nostri voluntati nos et bona nostra penitus supponamus licet intellexeritis quod ipse hostis noster si posset pesime nostram personam non omiteret pertractare. Quare vobis mandamus et vos ducimus requirendos ut adversus hostem nostrum qui maliciose et contra justiciam coronam nostram nititur subponere attento in spetiali quod dictas convenciones servari parati sumus licet non simus astricti aliter de jure terram regnum et civitatem et nostros fideles et eorum bona fideliter defendatis cum nos inviti verborum explicatorum nobis per vos ut prefertur ratione dictam civitatem deserverimus et regnum magis inviti ex vestro defentionis defectu deserere ex dicto periculo habeamus et inter alia attendatis quod nobis et filio nostro primogenito fecistis adversus quascumque personas homagium et juramentum. Data in Castro nostro de Pollencia XXVIIII die madii anno Domini Millessimo trecentessimo quadragesimo tercio.

Per dominum Regem. Perpinianus Imberti.

Que quidem littera patens erat et sigillo secreto in ejus dorso sigillata dicti olim Regis Majorice.

Noverint universi. Quod die Mercurii XXIIII die julii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo. In conventu fratruum minorum Barchinone presente me notario et testibus infrascriptis constitu-

tus personaliter serenissimus princeps dominus Jacobus Dei gratia Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani in presencia Reverendi in Christo patris domini Armandi Archiepiscopi Aquensis ac sacrosancte sedis apostolice leguati missi pro pacificanda et cedanda disentione que inter ipsum dominum Regem et illustrem principem dominum Regem Aragonum vertitur dixit et asseruit eidem quod cum pridem in castro ipsius domini Regis Majorice Perpiniani ipse leguatus ex parte domini Summi Pontificis litteras effectualiter continentes quod ipse rogabat et exortabat ipsum dominum Majorice Regem quod de discentione predicta vellet ad pacis et tranquillitatis unionem et concordiam devenire aderendo exortacionibus dicti domini legati quem propterea ad ipsos dominos Reges destinabat et ipse dominus Summus Pontifex etiam in persona paratus erat pro bono pacis laborare super hoc et etiam interponere partes suas ipse dominus Rex Majorice respondit sibi quod erat paratus de et super dicta disencione ad concordiam devenire et se supponere rationi offerendo quod de eis erat paratus stare cognicioni dicti domini Summi Pontificis tanquam judicis cum judex sit et esse debeat inter Reges et sic judex possit et esse debeat in causa dicte discentionis vel quod erat paratus causam ipsam in posse ipsius domini Summi Pontificis tanquam arbitri ponere et in ipsum consentire et compromittere quod justiciam faciat super inde. Quare nunc prefatus dominus Rex dixit et asseruit dicto domino leguato quod ipse offert se de presenti et para-

tus est et paratum se offert de causa ipsa stare cognitioni dicti domini Summi Pontificis tanquam judicis in dicta causa cum de similibus causis et aliis vertentibus inter Reges judex sit et esse debeat et ad ipsum solum et dum taxat noscatur cognitio pertinere vel quod causam ipsam paratus est ponere in posse dicti domini Summi Pontificis tanquam arbitri et in ipsum de causa ipsa compromittere et consentire. Ita quod faciat justitiam super ea et ad predicta se obtulit requirens inde sibi fieri publicum fieri instrumentum. Quod fuit actum die anno et loco supradictis presentibus nobile Johanne de Sono vicecomite de Eudo Petro Raimundi de Codaleto majordomo domino de Pontiliano Arnaldo de Lordato militibus Jasperto de Tregurano consiliariis Philipo de Bartzano secretario prefati domini Majoricharum Regis ad hoc testibus evocatis.

Noverint universi. Quod vicesima sexta die julii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo. In conventu fratruum minorum Barchinone presente me notario et testibus infrascriptis. Constitutus serenissimus princeps et dominus noster dominus Jacobus Dei gratia Rex Majorice Comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani intus cameram quandam dicti conventus requisivit me dictum notarium ut de eis que ipse diceret Reverendo in Christo Patri domino Armando Aquensi Archiepiscopo leguato misso per sanctam sedem Apostolicam pro cedanda

discentione que est inter ipsum dominum Regem nostrum et dominum Regem Aragonum quiquidem leguatus incontinenti ad presentiam suam venire debebat publicum conficerem instrumentum et ibidem incontinenti intravit et venit ad presentiam ipsius domini Regis nostri Majorice dictus dominus legatus et etiam illustris principissa domina Majorice Regina consors dicti domini nostri Majorice Regis et inclitus dominus Infans Jacobus Comes Urgelli frater dicte domine Regine et dicti domini Regis Aragonum et reverendus in Christo pater dominus Archiepiscopus Terrachone. Et tunc prefatus dominus noster Rex Majorice in eorum presentia et testium memoratorum dixit dicto domino legato vos pridie ex parte domini Regis Majorice dixistis nobis quod responderemus super hoc quod ipse petebat a nobis quod firmaremus in posse suo ad que respondemus quod nos non firmaremus in posse suo nec intendimus nos teneri seu esse obligatos ad firmandum in posse suo set inde esse liberatos et penitus absolutos intendimus et enim quod a conventionibus que fuerunt inter ipsum et nos sumus liberati penitus et absoluti ex causis et rationibus justis et legittimis suo loco et tempore et coram personis decentibus proponendis que quidem rationes juste et legittime per diversa legittima documenta diversasque probaciones legittimas concistentes tam in publicis instrumentis quam litteris quam etiam assertionibus et depositionibus personarum tanti status et gradus et tante eminencie quod eis credendum est et qui timore ac dubio alicujus dicta sua retraherent hostenden-

tur veruntamen de et super hoc sumus parati stare cognitioni domini Pape qui judex est inter Reges et judex esse debet de hac causa et similibus. Qui etiam cognoscendi de causis vertentibus inter Reges est in possessionem ut puta de Regibus Portugalie et Anglie et quorundam aliorum sic quod intendimus quod horum cognitio ad ipsum debebat pertinere vel sumus parati in ipsum dominum Papam compromitere de predictis et in ejus posse ponere supradicta vel Cardinalium vel aliarum personarum comunium et non suspectarum et stare et parere eorum cognicioni vel quod sumus parati attentis magnis debitis sanguinis et affinitatis quibus cum dicto domino Rege annectimur et amore circunspecto qui semper viguit inter ipsum et nos et attento quod ipsum semper debemus intendimus et volumus venerari et sibi deferre tanquam illi qui capud est nostri generis et cujus honorem et statum defendemus ubique sicut ratio exhigit audire et nos inmiscere ad novos tractatus ita quod prout multum cupimus et affectamus per ipsos tractatus etiam per fiendas novas obligationes ipsi domino Regi Aragonum per nos possimus secum amicabiliter convenire. Nam vere ad finem quod secum solito more in tranquillitate et amore et fraterna dileccione possimus remanere nos non intendimus facere quicquid poterimus et tantum de jure nostro dimittere et tanta alia facere quod Deus et gentes et totus mundus noscere poterunt quod non remanebat in nobis nec aliud poterimus facere si discordia sit inter ipsum et nos nam semper displicebit nobis et gereremus moleste

quod culpa sua vel nostra sit aliqua discencio inter ipsum et nos nichilominus sumus parati scribere subditis nostris tam Regni Majorice quam comitatuum Rossilionis et Ceritanie ad consulendum eos et expentandum eorum responsionem si placeret eis vel si consentirent quod nos faceremus dictam firmam vel ad quid aliud consentirent fiendum per nos in predictis et sumus parati facere super firma ipsa vel aliis tractatibus sic et prout et totum id ad quod reperire poterimus nostros subditos consentire et jure esset et rationis. Que fuerunt acta die anno et loco superius nominatis presentibus testibus nobilibus Petro de Fonolleto vicecomite Insule Johanne de Sono vicecomite de Evolo Petro Raimundi de Codaleto domino de Pontiliano Arnaldo de Lordato militibus Jasperto de Tregurano consiliariis et Philipo de Bartzano secretario pnefati domini nostri Majorice Regis.

Noverint universi quod die loco et anno ac coram notario et testibus infrascriptis nobilis Arnaldus de Erillo procurator et procuratorio nomine ut dixit illustrissimi domini Petri Dei gratia Regis Aragonum existens et constitutus ante presentiam serenissimi principis domini Jacobi per eandem Regis Majorice illustris obtulit et per notarium subscriptum legi et publicari fecit quandam papiream cedulam tenoris subsequentis. Cum vos Illustris Jacobus Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispesulani fueritis citatus per illustrissimum dominum Pe-

trum Dei gratia Regem Aragonum etcetera inter cetera ad firmandum de directo super contentis in quadam citacionis littera confecta pridie nonas februarii anno Domini MCCCXL primo et vobis presentata in castro Perpiniani XXVII die mensis februari anni predicti. Et predictam firmam facere contumaciter distuleritis et ad huc diferatis. Propterea ego Arnaldus de Erillo procurator ad hec et infrascripta constitutus per serenissimum dominum Regem Petrum predictum protestato primitus et expresse quod per infrascripta Illustrissimus dominus Rex predictus et ego ejus nomine non intendimus discedere a citacione jam facta et firma requisita nec a jure dicto domino Regi propterea acquisito set in eis persistendo protestor nomine procuratorio quo supra de omni jure quod dicto domino Regi Aragonum acquisitum est et acquiritur ex eo quia distulistis dictam firmam juris facere in posse dicti domini Regis et ad huc etiam difertis. Ideoque persistendo in dictis protestacionibus et ab eis seu earum aliqua nullatenus recedere intendendo requiro nomine procuratorio predicto vos dictum illustrem Regem Majorice quatenus dictam firmam juris faciatis in posse dicti domini Regis sicut eam facere debetis et potestis cum ad eam faciendam teneamini ex natura feudi juxta usaticos Barchinone et usancia generali Cathalonie et etiam ex convencione dudum per dominos Regem Aragonum et Majorice inita et per dictum dominum Regem Aragonum ac vos renovata et juramento et homagio per nos roborata et confirmata. Et eam nullomodo debetis nec potestis contradicere nec differre

absque metu penarum in dictis usaticis ad quorum observacionem juxta dictam conventionem astringimini expressarum. Et si recusetis seu etiam differatis dictam firmam facere protestor iterato nomine procuratorio predicto ut supra et de omni alio jure et interesse dicti domini Regis et prout melius ad utilitatem ipsius protestari valeat de eodem de quibus etcetera.

Et incontinenti dictus nobilis Arnaldus de Erillo fecit fidem de procuratione sua in posse notarii infrascripti. Quibus omnibus sic peractis fuit responsio ad premissa subsequta ut sequitur.

Et nos Rex Majorice predictus respondentes ad predicta dicimus et respondemus quod jam ad contenta supra duximus respondendum legato domini summi Pontificis ita in effectu quod videlicet intendimus non teneri nec esse obligatos in aliquo ad dictam firmam cum intendamus convenciones que fuerunt inter dictum Regem et nos carere quacumque firmitate et efficacia ex causis justis et legittimis suis loco et tempore et coram personis decentibus proponendis que probantur per instrumenta litteras et alia legitima documenta consistentia in assertionibus personarum qui nullius amore timore vel dubio retraherent dicta sua verum quod sumus parati de predictis stare cognicioni domini summi Pontificis qui judex est inter Reges et de hoc est in possessione ut puta de Regibus Portugalie et Anglie et debet in ista causa et similibus judex esse vel est paratus de predictis in ipsum dominum summum Pontificem compromitere et consentire et in ipsum ac posse suo ponere supradicta vel

Cardinalium vel aliarum personarum non suspectarum verum nichilominus cum cupiamus cum dicto Rege fratre nostro amicabiliter convenire sumus parati ad novos tractatus secum condescendere super fiendis novis obligacionibus per nos eidem vel etiam super dicta firma super quibus ad finem quod remaneamus secum in amore et tranquillitate et fraternali amore more solito dimitemus tantum de jure nostro quod totus mundus et gentes cognoscent quod non possumus aliud facere. Et moleste gerimus si secum non possimus convenire nam nec sua nec nostra culpa vellemus immo displiciter quod secum aliquam discordiam habeamus nam attento quod capud est generis nostri et attentis debitis quibus et sanguinis et affinitatis anectimur et attento fraternali amore qui semper viguit inter ipsum et nos ipsum intendimus venerari et sibi defferre cumque defenderemus statum suum in quibuscumque partibus hujus mundi. Nunc etiam adicimus quod prèdicte responsioni facte dicto legato sicut eam sibi fecimus stamus adhiciendo quod nedum predicta sed ad Dei judicium de persona nostra sumus parati in comuni curia deffendere supradicta contra quamcumque personam decentem juxta nostri statum que nos vocare ad tale judicium voluerit de predictis. Et predicta volumus dicto instrumento pro responsione adjungi.

PROCESO

CONTRA EL REY DE MALLORCA JAIME III,

MANDADO FORMAR POR EL REY D. PEDRO IV DE ARAGON.

Die dominica intitulata pridie kalendas januarii anno Domini MCCCXL primo. Cum illustrissimo ac magnifico Principi domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comitique Barchinone. Ex gravi et crebro rumore et aliquali etiam informatione veritatis inde recepta pervenisset delatumque fuisset. Quod illustris Jacobus Dei gratia Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani qui pro dicto domino Rege Aragonum tenet in feudum sub certis formis pactis et modis in instrumento conventionum et infeudationis contentis Regnum Majorice et insulas adjacentes eidem comitatus et terras Rossilionis et Ceritanie Confluentis Vallspirii et Cauquiliberi et alias contra conventiones in ipsa infeudatione contentas et alias illi-

cite faciebat et permitebat currere aliam monetam preterquam Barchinone in dictis terris cismarinis. Et etiam quod forcius et gravius erat ac intolerabilius cudebat seu cudi faciebat patenter et publice monetam in villa Perpiniani in dicto comitatu Rossilionis sistenti et etiam faciebat conflari et fundi monetam regalem Barchinone que debebat et debet intacta manere nullamque contaminationem aut diminutionem suscipere. Idem dominus Rex Aragonum considerans necessitudinem sanguinis et affinitatis qua dicto Regi Majorice unitur volens quatenus sine corone sue prejudicio posset rigoris viam omitere ac benignitatis et mansuetudinis tramitem perquirere seu amplecti notificando predicta ipsi Regi Majorice eundem quod super premissis secum justicia haberet requisivit per suas litteras continencie subsequentis.

Excellenti ac magnifico principi Jacobo Dei gratia Regi Majorice comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani carissimo fratri nostro. Petrus eadem gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Salutem et prosperos ad vota successus. Cum propter tractanda salubriter illa negocia pro quibus dilectum consiljarium nostrum Raimundum Rubei ad nos dudum misistis et pro quibus in nostra curia moram traxit et pro aliis etiam nos et . . . multum tangentibus opporteat nos ad invicem vistas et collationes habere ut eas propensiori possimus consilio actore domino providere. Idcirco celsitudinem regiam attente requirimus et rogamus quatenus

pro predictis deliberandis negociis Deo duce salubriter dirigendis veniatis ad civitatem Barchinone et sitis ibidem medio mensis ffebruarii proxime nunc instantis. Nos enim die et loco predictis pro hiis erimus dante Deo. Datum Valentie II kalendas januarii anno Domini MCCCXL primo. A. vicecancellarius.

Quibus quidem litteris idem Rex Majorice respondit per suam litteram quarum tenor sequitur in hunc modum.

Serenissimo Principi domino Petro Dei gratia Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Regi illustri ac comiti Barchinone carissimo fratri nostro Jacobus eadem gratia Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani. Salutem et prosperos ad vota successus. Noviter per vestras literas requisivistis et roguastis nos quod certa die simus Barchinone ubi vos eritis ipsa die et tamen salvo vestri honore ut bene scitis nos tenemur minime ad talia requisita. Precum autem premissarum instanciam libenter ibi iremus sed nullo modo possumus obstantibus eis que vestre fraternitati duximus per alteras literas intimanda. Datum Perpiniani XVIIII die januarii anno Domini MCCCXLI.

Tenor autem alterius litere dicti Regis Majorice de qua fit mencio in tenore proxime supra inserto est qui sequitur.

Serenissimo principi domino Petro Dei gratia Araguonum Valencie Sardinie et Corsice Regi illustri ac comiti Barchinone carissimo fratri nostro. Jacobus per eandem Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani. Vestre regie magestatis recepimus literas de manu presencium portitoris continentes quod ad habendum vistas nobiscum curaretis nobis quam citius possetis diem et locum infra Cathaloniam intimare quibus intellectis significamus vestre fraternitati quod multum cederet gratum nobis si ad mutuam vestri et nostri visionem posset comode dari locus cum de visione tali admodum recreemur. Veruntamen cum constet nobis quod in partibus occitanis Regni Francie fiunt diu est et continue maximi apparatus et quod stabilite fronteriarum Regni ipsius sunt in duplo magis solito augmentate quod Rex Francie vel filius suus dux Normandie debet ex hoc ad dictas partes de presenti personaliter declinare et quod faciet guerram per aliquos contra nos et ad nostrum dedecus incoari etiam dato quod nos minime eam indicere curaremus pro cujus Regis vel ducis adventum fiunt jam in dictis partibus occitanis provisiones solite fieri pro eorum novo adventu sicquod terras nostras isto casu actu aliquo quantumcumque grato vel necessario comode deserere non possemus. Ideo vestram celsitudinem requirimus et rogamus quatenus nos excusatos habendo quia ad contenta in dictis vestris litteris prohibentibus supradictis non possumus locum dare requisita per nos per alias primevas litteras im-

pleat cum effectu. Datum Perpiniani II die januarii anno Domini MCCCXLI

—

Postmodum die lune intitulata II nonas februarii anno predicto. Cum prefatus Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie tenuisset vistam de predictis habere cum dicto domino Rege Aragonum nec destitisset neque desistere vellet a predictis per eum in prejudicium dicti domini Regis Aragonum et corone ac regalie ejusdem ut premititur factis et attemptatis imo ea continuaret et faceret incessanter predictus dominus Rex Aragonum nolens tantum prejudicium ac dedecus corone et regalie sue ac dominii et jurium suorum continentibus occulis pertransire. Sed volens eis cum justicia obviare ac dominium regaliam et jura sua integriter conservare et ad integritatis conservationem deducere scripsit super predictis et ea tangentibus dicto Regi Majorice comiti Rossilionis et Ceritanie et eum etiam citavit literatorie sub hac forma.

Ilustri ac magnifico principi Jacobo Dei gratia Re gi Majorice Comitique Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani carissimo fratri nostro Petrus eadem gratia Rex Aragonum, Valentie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Salutem et votive prosperitatis augmentum. Attendentes Rex inclite quod dum prejudicio vel errori tempore congruo non resistitur illi ut cumque presumitur consentire. Quod que ple-

rumque juris opprimitur veritas et excedendi laxatur licencia si circa id opportune provisionis auxilium subtrahatur profecto nec lesioni nostre sic presenti intolerabili consentire per necligenciam volumus neque pati ob deffectum providencie congrue nostre regalie detrimentum. Sane sicut gravis de terris nostris rumor egressus vobis imponit et veritas prout fertur ascribit vos qui Regnum Majorice insulas adjacentes eidem comitatus et terras Rossilionis et Ceritanie Confluentis Vallispirii et Cauquiliberi et alias a nobis tenetis in feudum sub certis pactis formis et modis in instrumento conventionum et ipsius infeudationis contentis tamquam omnium predictorum inmemores contra fas et licitum et conventiones in ipsa infeudatione consertas aliam monetam preter Barchinone curere facitis et permititis in dictis terris Rossilionis Ceritanie et Confluentis Vallispirii et Cauquiliberi. Et quod est gravius tolerandum cudisti seu cudi fecistis et facitis patenter et publice monetam in villa Perpiniani in dicto comitatu Rossilionis sistenti nec non conflari seu fundi monetam regalem nostram Barchinone seu argenti que intacta penitus permansisse nos a vobis contaminationem aut diminutionem aliquam debuerat suscepisse. Cumque predicta ad nos dudum crebris clamoribus jam perlata nunc tanquam evidencia facti notoria fama comunis undique publicet et multorum fidedignorum assercio manifestet. Nosque illa velut in comitatu Rossilionis qui est infra limites Cathalonie quique generalis nostre ditionis subest imperio in prejudicium dictarum conventionum ac contra usaticos

Barchinone quibus monetam facere in Cathalonia nobis solum facultas dinoscitur attributa illicite perpetrata et in prejudicium legis patrie in lesionem et universalem tocius rei publice ac in offensam et injuriam nostre magestatis regie contemptibiliter sic comissa non possimus nec debeamus sub connivencia preterire. Idcirco presentium serie vos citamus vobis nichilominus injungentes quatenus XXVI die si feriata non fuerit alias sequenti non feriata a recepcione presentium continue numeranda quem terminum vobis una pro tribus citacionibus seu edictis peremptorium assignamus compareatis personaliter coram nobis in civitate Barchinone paratus super predictis omnibus subire judicium et firmare de directo in posse nostro et alias debite procedere super eis prout de jure et ratione ac secundum usaticos Barchinone ac juxta conventiones inter predecessores nostros Aragonum et vestros Majorice Reges initas et inter nos et vos noviter renovatas fuerit faciendum. Cum nos super predictis omnibus et quolibet premissorum et dependentibus ex eisdem facere intendamus quod justicia suadebit alioquin lapso dicto termino quem vobis ut premititur pro peremptorio et preciso tenore presentium assignamus procedemus in et super predictis vestra absencia non obstante et contumacia exigente prout juste et debite invenerimus faciendum. Datum Valentie II nonas februarii anno Domini MCCC guadragesimo primo. A. Vicecancellarius.

Que quidem littera fuit tradita Bernardo Borracii

portario dicti domini Regis Aragonum portanda et presentanda per eum dicto Regi Majorice Comiti Rossilionis et Ceritanie recepto ab ipso portario juramento quod de presentatione ipsius littere faceret relationem veridicam eidem domino Regi Aragonum.

Quiquidem Bernardus Borracii comparens die lune intitulata VI idus aprilis hora vesperorum anno Domini MCCCXLII coram dicto domino Rege Aragonum in civitate Barchinone in aula videlicet majori palacii Regii personaliter existenti sedenteque pro tribunali more principis judicantis retulit se presentasse dictam litteram dicto Regi Majorice comiti Rossilionis et Ceritanie constituto personaliter in castro Perpiniani in presentia plurium ibidem cum ipso Rege Majorice presentium ipsamque litteram ad dictum seu requisitionem ipsius Regis Majorice et de voluntate sua tradidisse Perpiniano Imberti notario qui in presencia ejusdem Regis Majorice et aliorum sibi assistencium presens erat die videlicet penultima mensis februarii proxime lapsi qua computabatur III kalendas marcii anno ab incarnacione Domini MCCC quadragesimo primo quam relationem fecit idem porterius veridice et fideliter virtute juramenti per eum prestiti ut prefertur. Retulit etiam idem porterius quod de presentacione ipsius littere fecit fieri publicum instrumentum quod exhibuit in formam publicam coram dicto domino Rege Aragonum cujusquidem instrumenti series sic se habet.

Noverint universi. Quod die vicesima septima mensis februarii anno Domini Millesimo CCCXLI in castro regio Perpiniani intus cameram regiam consilii vocatam dels papagays in conspectu et presentia serenissimi ac magnifici principis et domini nostri domini Jacobi Dei gratia Regis Majorice comitis Rossilionis et Ceritanie ac domini Montispesulani in consilio existentis constitutus personaliter Bernardus Borraç portarius ut dixit illustris domini Regis Aragonum presentavit eidem domino nostro Majorice Regi ex parte dicti domini Regis Aragonum sicut dixit quandam litteram ejusdem domini Regis Aragonum et ejus sigillo cere rubee in dorso ipsius litere sigillatam ut prima facie apparebat et patentem cujus tenor dinoscitur talis esse. Illustri ac magnifico principi Jacobo Dei gratia Regi Majorice Comitique Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani carissimo fratri nostro. Petrus eadem gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Salutem et votive prosperitatis augmentum. Attendentes Rex inclite quod dum prejudicio vel errori tempore congruo non resistitur illi ut cumque presumitur consentire. &

Sigue aqui la misma carta que se encuentra al pié de la página 107.

Et eadem die lune et hora et loco predictis coram

dicto domino Rege Aragonum pro tribunali sedente ut superius continetur comparuit nobilis Arnaldus de Erillo vicarius Barchinone procurator ad hec per eundem dominum Regem constitutus asserens presentem diem lune subducto seu non computato tempore feriarum paschalium in quo incidit vicesima sexta dies dicte litere citatorie fuisse peremptorie assignatam dicto Majorice Regi comiti Rossilionis et Ceritanie ad comparendum personaliter coram dicto domino Rege in civitate Barchinone ad subeundum judicium et firmandum de directo in posse ejusdem et alias debite procedendum super contentis in citacionis litera supradicta.

Ex parte vero dicti Regis Majorice comitis Rossilionis et Ceritanie nullus comparuit.

Et nobilis Arnaldus de Erillo procurator regius supradictus ad faciendum fidem de sua procuratione produxit coram dicto domino Rege quandam cartam ejusdem domini Regis ejus sigillo pendenti munitam tenore qui sequitur continentem.

Noverint universi. Quod nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Attendentes nos citasse ex causis et ad ea que in subscripta nostra litera continentur illustrem et magnificum principem Jacobum Dei gratia Regem Majorice comitem Rossilionis et Ceritanie ac dominum Montispesulani carissimum fratrem nostrum cujusquidem litere tenor sequitur in hunc modum. Illustri ac

magnifico principi Jacobo Dei gratia Regi Majorice comitique Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani carissimo fratri nostro Petrus eadem gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Salutem et votive prosperitatis augmentum. Attendentes Rex inclite quod dum prejudicio vel errori tempore congruo non resistitur illi utrumque presumitur consentire. & (*V. la carta que empieza en la pág.* 107.) Et expediat et velimus quod procurator aliquis specialis per nos constituatur qui pro parte nostra jus nobis competens in et super predictis in dicta citacionis litera contentis et eorum occasione ac super emergentibus et dependentibus ex eisdem seu ea quoquomodo tangentibus foveat et prosequatur. Ideo confidentes de fide industria et legalitate vestri nobilis et dilecti nostri Arnaldi de Erillo nunc vicarii Barchinone et Vallensis gratis et ex certa sciencia cum hoc presenti publico instrumento vicem etiam epistole gerenti facimus constituimus et ordinamus vos dictum nobilem Arnaldum de Erillo presentem et hujusmodi mandatum sponte suscipientem certum nuncium et procuratorem nostrum specialem ad comparendum coram nobis nomine nostro et pro nobis in civitate Barchinone die prefixa per nos prefato Regi Majorice illustri in litera citatoria supradicta et aliis diebus et horis quibus coram nobis pro predictis in dicta litera contentis et occasione eorum fuerint et nobis seu vobis videbuntur compariciones faciende et ad offerendum peticionem et peticiones quascumque coram nobis contra dictum Regem Majorice que offerende vobis videantur

juxta usaticos Barchinone et alias racione et occasione contentorum in litera preinserta sive compareat sive non et contumaciam dicti Majorice Regis si forsan eam contraxerit et opus fuerit seu nobis videbitur acusandum ac requirendum et protestandum ac prosequendum omnia et singula de eis de quibus requisiciones et protestaciones vobis fiende videbuntur. Et demum ad prosequendum pro nobis et nomine nostro coram nobis jus omne nobis competens et competiturum tam ex usaticis Barchinone quam ex convencionibus in dicta litera commemoratis et aliter in et super predictis in dicta citacionis litera expressatis et occasione eorum et emergentibus seu dependentibus ex eisdem seu ea tangentibus quoquomodo. Dantes et concedentes vobis auctoritatem licenciam et plenum posse quod nomine et vice nostra possitis super predictis et quolibet predictorum et ea tangencium seu dependencium ex predictis coram nobis vel aliis quibuscumque judicibus ordinariis delegatis vel subdelegatis delegandis seu subdelegandis a nobis comparere petitionem querelam seu demandam in scriptis vel sine super premissis prout vobis videbitur offerre jus firmare et pro juris firmis quas nomine nostro facietis bona nostra obligare et peticioni seu peticionibus sique forsan ab adversa parte offerentur nomine nostro respondere nec non agere et nos et bona nostra deffendere et pro nobis respondere excipere proponere et replicare in judicio et extra juramentum calumpnie si prestandum tamen esset per vos et veritatis dicende et cujuslibet alterius generis juramentum in animam nostram pres-

tare et ab adversa parte prestari petere. Testes et instrumenta et alia probacionum genera producere et productos tam a parte nostra quam adversa publicari petere et testium ab adversa parte productorum seu producendorum dicta reprobare et anullare et contra eorum dicta et personas crimina et deffectus opponere. Et omnia alia que in litem requiratur fieri facere et contumaciam partis adverse acusare renunciare et concludere sentenciam vel sentencias tam interlocutorias quam diffinitivas audire et ab ipsis si vobis visum fuerit supplicare et ipsas supplicaciones prosequi protestari requirere et monere in scriptis ac sine et protestacionibus ac requisicionibus ab adversa parte respondere et tam de protestatis quam responsis publicum seu publica instrumenta fieri facere et mandare. Et omnia alia facere dicere proponere et allegare super predictis et quolibet predictorum quecumque nos possemus etiam si mandatum exigant spetialiter. Comitentes vobis super predictis et quolibet predictorum et dependentibus seu emergentibus ex eisdem seu ea tangentibus quoquomodo plènarie vices nostras petendi ac faciendi omnia et singula supradicta. Et volentes vos relevare ab omni onere satisdandi promitimus fidejubendo pro vobis notario infrascripto tanquam publice persone hec a nobis legitime stipulanti paciscenti et recipienti pro vobis et omnibus illis quorum interest et interese potest et poterit judicatum solvi cum suis clausulis universis et nos habere ratum et firmum perpetuo quicquid per vos super predictis et quolibet predictorum actum fuerit sive gestum et nullo tempo-

re revocare sub bonorum nostrorum omnium ypotheca. Et ad majorem corroborationem huic instrumento sigillum nostrum appendicium jussimus apponendum. Quod est actum in loco de Sancto Baudilio die lune circa horam meridiey qua computabatur VI idus aprilis anno Domini MCCCXL secundo. Ante videlicet quam dictus dominus Rex Aragonum veniens itinerando de civitate Valentie intraret civitatem Barchinone. A. Vicecancellarius.

Signum ✠ Petri Dei gratia Regis Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comitisque Barchinone qui predicta laudamus concedimus et firmamus.

Testes sunt qui predictis presentes fuerunt nobilis Nicholaus de Jamuilla Comes Terrenove et Luppus de Luna dominus civitatis Sugurbii. Bernardus de Ulzinellis legum doctor Thesaurarius et Blasius Daysa consiliarii prefati domini Regis Guilabertus de Corbaria Johannes Roderici de Moros milites Luppus de Gurrea et Petrus Jordani de Urries jam dicti domini Regis Camerarii majoris.

Sig✠num Guillermi de Moraria prefati domini Regis scriptoris et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem suam qui predictis interfuit et hec scripsit et clausit.

Produxit etiam ad faciendum fidem de presentacione dicte citationis litere ea que dictus portarius retulit superius dicto domino Regi Aragonum in presentia ipsius procuratoris et etiam dictum publicum instrumentum de ipsa presentatione confectum per ipsum

portarium superius exhibitum ut prefertur.

Et nichilominus dictus procurator regius protestato per eum quod non stat pro parte ipsius quin in et super contentis in dicta citationis litera debite procedatur sed per dictum Regem Majorice comitem Rossilionis et Ceritanie qui comparere contumaciter recusavit et recusat et de omni alio jure partis sue etiam protestato obtulit coram dicto domino Rege Aragonum quandam cedulam papiream tenoris sequentis.

Cum illustris Princeps Jacobus Dei gratia Rex Majorice Comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani qui Regnum Majorice et insulas eidem adjacentes et comitatus ac terras Rossilionis Ceritanie et Confluentis Vallispirii et Cauquiliberi et alias terras suas ab illustrisimo domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Sardinie et Corsice Comiteque Barchinone tenet in feudum juxta convenciones in instrumento infeudacionis comprehensas in quibus inter cetera cavetur quod ipse et successores sui teneantur firmare jus in posse dicti domini Regis Aragonum et suorum die presenti sibi prefixa ad subeundum judicium et firmandum de directo in posse ejusdem domini Regis Aragonum et alia faciendum que in dicta citationis litera expressantur non comparuit in civitate Barchinone coram ipso domino Rege nostro nec alia fecerit que in dicta citacionis litera continentur et sibi etiam injunguntur licet peremptorie ad predicta fuerit citatus et per consequens contumax sit censendus. Contenderit etiam ex eo et contendat firmare directum.

illustrissimo domino Regi Aragonum supradicto seniori suo licet et firmare debeat secundum convenciones infeudaclonis predicte et usaticos Barchinone expressas ejus feuda que tenet pro dicto domino Rege Aragonum possint realiter emparari et si per hoc malum prendiderit nullo modo sit ei emendandum juxta usaticos supradictos. Ideo dictus procurator regius acusando contumaciam dicti illustris Jacobi Regis Majorice comitis Rossilionis et Ceritanie petit prononciari et declarari predictum illustrem Jacobum Majorice Regem comitem Rossilionis et Ceritanie fore contumacem tam in non veniendo quam in non firmando de jure quam alias. Et ratione et occasione ipsius contumacie et alias dicta feuda fore emparanda et de facto debere realiter emparari et alias procedi prout contra talem contumacem procedi potest secundum usaticos Barchinone et consuetudines Cathalonie generales et etiam de jure et ratione.

Et nichilominus dictus procurator regius ad probandum infeudationem et convenciones secundum quas Regnum Majorice et insulas adjacentes nec non comitatus Rossilionis et Ceritanie Vallispirii et Conflventis et Cauquiliberi et aliarum terrarum de quibus fecit superius mencionem infeudata et infeudati fuerunt produxit quatenus pro se et parte sua faciunt et non aliter nec in pluri duo publica instrumenta que in presenti procesu inseri requisivit quorum tenores sunt qui per ordinem subsequntur.

Noverint universi. Quod lite mota inter nos Petrum Dei gratia Regem Aragonum et Jacobum per eandem Regem Majorice super Regno Majorice cum insulis Minorice et Evice et aliis insulis adjacentibus eidem Regno et super comitatibus et terris Rossilionis Ceritanie et Confluentis cum Vallespirio et Cauquolibero et super Montepesulano cum castris et villis dominacionis Montispesulani que omnia nos predictus Rex Aragonum dicebamus ad nos pertinere. Tandem volentes a dicta lite discedere per composicionem et transacionem et fraterni amoris inter nos vinculum conservare. Nos Jacobus Dei gratia Rex Majorice predictus. Gratis et ex certa sciencia ac spontanea voluntate per nos et omnes successores nostros recipimus a vobis domino Petro Rege Aragonum predicto fratre nostro et successoribus vestris Regibus Aragonum in feudum honoratum sine omni servicio sub forma tamen infrascripta totum predictum Regnum Majorice cum insulis Minorice et Evice et aliis insulis adjacentibus eidem Regno et omnes predictos comitatus et terras Rossilionis Ceritanie et Confluentis Vallispirii et Cauquiliberi. Item sine prejudicio juris alieni recipimus in feudum a vobis et vestris secundum modum superius et inferius comprehensum viceeomitatum Omelodesii et vicecomitatum de Carladesio cum omnibus villis et castris eorundem vicecomitatuum et omnia etiam castra villas et loca quecumque pro alodio habemus in terris Montispesulani et dominacione et terminis ejusdem. Et generaliter omnia alia quecumque habemus sive ha-

bere debemus ubicumque sint cum militibus scilicet hominibus feudis jurisdiccionibus et dominacionibus universis sive illa teneamus ad manum nostram sive alii teneant pro nobis in feudum exceptis feudis que tenemus ab Episcopo et Ecclesia Magalonensi pro quibus omnibus et singulis locis et terris ac juribus eorundem constituimus nos de presenti feudatarium vestrum. Recognoscentes deinceps nos et successores nostros predicta omnia tenere a vobis et successoribus vestris Regibus Aragonum in feudum predictum honoratum. Transferentes etiam in vos et successores vestros directum dominium omnium predictorum quod directum dominium confitemur nos ex nunc vestro vestrorumque successorum nomine possidere et quasi in signum tradite possessionis dicti directi dominii. Excipimus tamen a predicta recognitione feudi nos Jacobus rex predictus emptiones castrorum villarum et locorum quas fecimus in predictis terris quas nobis et successoribus nostris pro alodio retinemus. Sane volumus et concedimus quod heredes et successores nostri teneantur facere homagium vobis et successoribus vestris et dare potestatem de civitate Majorice nomine et vice tocius regni Majorice et insularum Minorice et Evice. Et de villa Podiiceritani nomine et vice Ceritanie et Confluentis. Et de villa Perpiniani nomine comitatus Rossilionis et terrarum Vallispirii et Castri Cauquiliberi. Et de Castro de Omellacio nomine et vice dicti vicecomitatus de Omeledesio quas potestates dicti heredes et successores nostri teneantur dare vobis et successoribus vestris quandocumque et quo-

cienscumque requisiti fuerint per vos et successores vestros irati et paccati ratione tamen recognicionis feudi et fatice juris. Nec predictas potestates possitis vos vel successores vestri retinere ratione valense. Teneantur etiam omnes heredes et successores nostri firmare jus vobis et vestris in posse vestro et vestrorum et semel quolibet anno cum fuerint requisiti ire ad curiam vestram et vestrorum in Cathalonia nisi tunc quando fuerint requisiti fuerint dicti heredes et successores nostri in Regno Majorice. Nos vero in vita nostra non teneamur vobis facere homagium nec dare potestatem nec ire ad curiam vestram nec firmare directum nec constitutiones de novo faciendas per vos vel vestros observare. Promitimus tamen nos et nostri et ad hoc de presenti nos et successores nostros obligamus quod juvemus valeamus et deffendamus vos et successores vestros cum toto posse nostro contra cunctos homines de mundo. Item promitimus per nos et nostros servare et servari facere in terris Rossilionis Ceritanie Confluentis et Vallispirii et Cauquolibero usaticos consuetudines et constitutiones Barchinone factos et factas et etiam faciendos et faciendas per vos et vestros cum consilio majoris partis baronum Cathalonie sicut moris est fieri salvis specialibus consuetudinibus locorum predictarum terrarum et quod in predictis terris Rossilionis Ceritanie Confluentis Vallispirii et de Cauquolibero currat moneta Barchinone et non alia. Retinemus tamen nobis et successoribus nostris quod possimus cudere vel cudi facere absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum in Regno Majorice

et insulis eidem adjacentibus monetam et monetas de novo. Item retinemus nobis et successoribus nostris quod in nullo casu possit a nobis vel officialibus nostris vel successorum nostrorum appellari nec etiam per alium modum recurri ad vos dictum dominum Regem Aragonum vel successores vestros salvo quod per hoc non detrahatur in aliquo hiis que superius vel inferius continentur. Item quod nos et successores nostri possimus absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum facere et ponere pedagium et novam leudam in Regno Majorice et aliis insulis eidem adjacentibus salvis libertatibus per predecessores nostros concessis hominibus vestris nisi predicte libertates vel privilegia sint de jure per contrarium usum vel alio modo abrogata. Item retinemus nobis et successoribus nostris bovaticum in predictis terris que tamen omnia que nobis retinemus volumus et concedimus esse de feudo seu feudis predictis exceptis emptionibus supradictis inhibitiones vero seu banna per vos vel successores vestros factas vel faciendas non teneamur nos vel successores nostri servare nisi facte fuerint de consilio et assensu nostro vel nostrorum. Remitimus etiam et diffinimus vobis predicto domino Regi Aragonum fratri nostro et vestris perpetuo omnem petitionem questionem et demandam quam contra vos vel successores vestros facere possemus nos vel nostri usque ad hec tempora aliqua ratione. Ad hec nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum predictus tenentes nos pro contentis et paccatis cum predictis a vobis Jacobo per eandem Rege Majorice fratre nostro no-

bis recognitis et concessis et volentes penitus discedere a dicta lite per nos nostrosque successores laudamus approbamus et concedimus vobis predicto Regi Majorice fratri nostro et vestris successoribus perpetuo predictum Regnum Majorice insulas comitatus et terras quas a nobis in feudum recipitis sub pactis et conventionibus supradictis. Et promitimus per nos et nostros vobis et vestris juvare valere et deffendere vos et vestros et Regnum terras et comitatus predictos et juredictiones vestras et dictarum terrarum quas a nobis tenetis in feudum toto posse nostro contra cunctos homines. Remitentes per nos et nostros ex causa presentis compositionis conventionis et transactionis vobis et vestris perpetuo omnem peticionem questionem et demandam quam movimus vel movere possemus contra vos vel vestros usque ad hec tempora de predictis regno et terris ac juribus eorundem aliqua ratione. Convenimus etiam et retinemus nos Petrus et Jacobus fratres Reges predicti quod substitutiones facte in cartis hereditamenti inter nos et nostros per dominum Jacobum inclite recordationis Regem Aragonum patrem nostrum et in testamento ejusdem patris nostri sint salve et in sua remaneant firmitate salvis hiis que in hoc instrumento continentur. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis obligamus nos et nostros ad invicem et omnia bona nostra et juramus per Deum et ejus sancta IIII evangelia et facimus inter nos homagium hore et manibus ad invicem in presenti. Acta sunt hec omnia suprascripta in Claustro domus fratruum predicatorum Perpiniani XIII

kalendas februarii anno Domini MCCLXXVIII in presencia consulum et majoris partis universitatis Perpiniani et testium infrascriptorum.

Signum ✠ Petri Dei gratia Regis Aragonum predicti. Qui hec laudamus firmamus et juramus.

Signum ✠ Jacobi Dei gratia Regis Majorice predicti. Qui hec laudamus firmamus et juramus.

Sig✠✠✠✠✠✠✠✠✠na Rogerii Bn. Comitis Fuxensis. G. de Caneto. A. Rogerii Comitis Pallariensis. Dalmacii de Castronovo. Poncii de Guardia. A. de Corçavinol. G. de Sono. Petri de Queralt et Bn. de Anglerola testium.

Arnaldus Mironi scriptor publicus Perpiniani scripsit et hoc Sig✠num fecit.

In Dei nomine. Noverint universi. Quod nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone. Et nos Jacobus per eandem Rex Majorice Comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani. Scientes jam dudum composicionem seu transaccionem fore factam inter illustrem dominum Petrum bone memorie Regem Aragonum proavum nostri Petris Regis Aragonum predicti ex una parte et illustrem dominum Jacobum recolende memorie Regem Majorice avum paternum nostri Jacobi Regis Majorice predicti ex altera super regno

Majorice cum insulis eidem adjacentibus et super Comitatibus et terris Rossilionis et Ceritanie Confluentis et Vallispirio et Cauquolibero et super Montepesulano cum castris et villis dominationis Montispesulani prout in quodam publico instrumento inde facto in claustro domus fratrum predicatorum Perpiniani XIII kalendas ffebruarii anno Domini MCCLXXVIII subscriptoque per Arnaldum Mironi scriptorem publicum Perpiniani latius continetur. Scientes etiam subsequenter dictam compositionem seu transactionem fore renovatam laudatam et approbatam inter illustrem dominum Jacobum bone memorie Regem Aragonum avum nostri Petri Regis Aragonum predicti ex parte una et dominum Jacobum quondam Regem Majorice ex altera prout in alio publico instrumento inde facto in Castris prope Argiles Elnensis diocesis in festo apostolorum beatorum Petri et Pauli videlicet III kalendas julii anno Domini MCCXCVIII subscriptoque per Michaelem Rotlandi notarium publicum Perpiniani plenius continetur. Considerantesque eandem compositionem et transactionem postmodum fuisse renovatam laudatam et approbatam inter memoratum dominum Regem avum nostri dicti Regis Aragonum ex parte una et illustrem bone recordationis dominum Sanccium Regem Majorice filium et heredem dicti domini Majorice Regis patruumque nostri dicti Jacobi nunc Majorice Regis ex altera prout in alio publico instrumento inde confecto in civitate Barchinone in regio palacio die dominica qua computabatur VII idus julii anno Domini MCCCXII clausoque per Bernardum de Aversone

notarium predicti domini Regis Aragonum avi nostri Petri Regis Aragonum prelibati ac publicum etiam auctoritate ejusdem per totam terram et dominationem nostram seriosius continetur. Animadvertentes etiam premissam compositionem et transactionem subsequenter renovatam fuisse laudatam et approbatam inter prefatum dominum Regem Jacobum recolende memorie avum nostri Regis Aragonum predicti ex parte una et nos dictum Jacobum nunc Majorice Regem presente volente auctorizante ac suum expressum assensum prestante honorabili domino Philippo de Majorica patruo ac tutore tunc nostri dicti Majorice Regis ex altera prout in alio instrumento publice inde confecto in Civitate Barchinone in palacio regio kalendas octobris anno Domini MCCCXXVII et clauso per Bn. de Podio dicti domini Regis Aragonum scriptorem et auctoritate ipsius notarium publicum per totam terram et dominationem suam clarius expressatur. Premeditantes insuper illustrem dominum Alfonsum comendabilis recordationis Regem Aragonum patrem nostri dicti Regis Aragonum jamdictam compositionem et transactionem consequenter antequam ad regie dignitatis apicem pervenisset laudasse approbasse ratificasse et confirmasse prout in quodam alio publico instrumento inde confecto Cesarauguste XII kalendas novembris anno Domini MCCCXXVII clausoque per Bonanatum de Petra notarium suum lacius et plenius continetur. Prospicientes insuper eandem compositionem et transactionem denuo renovatam fuisse laudatam et approbatam inter prefatum dominum Regem Alfonsum feli-

cis recordationis patrem nostri dicti Regis Aragonum ex una parte et nos dictum Jacobum Regem Majorice presente volente auctorizante ac suum expressum assensum prestante dicto honorabili domino Philipo de Majorice patruo et tutore tunc nostri dicti Regis Majorice ex altera prout in alio instrumento publico inde confecto in civitate Barchinone in palacio nostri dicti Regis Aragonum VIII kalendas novembris anno Domini MCCCXXVIII clausoque per dictum Bonanatum de Petra seriosius expressatur. Propterea nos predicti Petrus Rex Aragonum et nos Rex Majorice per nos et successores nostros volentes omnia et singula in predictis VI instrumentis contenta perpetuo habere roboris firmitatem ea omnia et singula denuo cum hoc publico instrumento laudamus et approbamus expresse. Idcirtoque nos Jacobus Rex Majorice predictus juxta formam in singulis dictorum VI instrumentorum contenta per nos et omnes successores nostros recognoscimus et fatemur vobis dicto domino Petro Regi Aragonum carissimo consanguineo nostro tenere a vobis et successoribus vestris Regibus Aragonum in feudum honoratum sine omni servicio sub forma infrascripta totum predictum Regnum Majorice cum insulis Minorice et Evice et aliis insulis adjacentibus eidem Regno et omnes predictos comitatus et terras Rossilionis Ceritanie et Confluentis Vallispirii et Cauquiliberi. Item sine juris prejudicio alieni recognoscimus et fatemur vobis dicto domino Petro Regi Aragonum tenere in feudum a vobis et vestris secundum modum superius et inferius comprehensum vicecomitatum Omeladesii

et vicecomitatum de Carladesio cum omnibus villis et castris eorundem vicecomitatuum et omnia etiam castra villas et loca quecumque habemus in terris Montispesulani et dominacione et terminis ejusdem. Et generaliter omnia alia quecumque habemus seu habere debemus ubicumque sint cum militibus scilicet hominibus feudis jurisdiccionibus et dominacionibus universis sive illa teneamus ad manum nostram sive alii teneant pro nobis in feudum. Exceptis feudis que consueverunt teneri ab episcopo et ecclesia Magalonensi de quibus aliqua tenentur adhuc ab ipsis episcopo et ecclesia et aliqua ab illustri Rege Francie habente in eisdem locum ab episcopo et ecclesia supradictis pro quibus omnibus et singulis locis et terris ac juribus eorundem. Recognoscimus nos de presenti feudatarium vestrum secundum formam superius comprehensam. Excipimus tamen a predicta recognicione feudi nos Jacobus Rex Majorice predictus emptiones castrorum villarum et locorum quas dictus dominus Jacobus Majorice Rex avus paternus noster post dictam renovacionem et dictus dominus Sanccius Majorice Rex ejus filius patruus noster fecerunt et quas nos fecimus vel alio titulo adquisivimus a tempore novissime renovacionis per nos facte citra de rebus alodialibus quem pro ipsis vel nobis non tenebantur in feudum si tamen non fuerint cum rebus feudalibus permutate. Nos tamen dictus Jacobus Rex Majorice per nos et nostros recognoscimus nos tenere a vobis dicto domino Rege Aragonum et vestris in feudum omnes regalias et jura universa quam et quas dictus dominus Jacobus avus et

dictus dominus Sanccius patruus nostri habebant ante emptiones predictas. Et habeamus et habemus nos in emptionibus predictis et in aliis rebus per nos alio titulo ut predicitur adquisitis. Sane volumus et concedimus quod sicut nos facimus vobis homagium ut inferius continetur sic heredes et successores nostri faciant et teneantur facere homagium vobis et successoribus vestris Regibus Aragonum imperpetuum pro supradictis et infrascriptis juxta contenta in hoc presenti instrumento et formam ejusdem. Promitimus etiam per nos et successores nostros vobis dicto domino Regi et successoribus vestris imperpetuum quod nos et successores nostri dabimus vobis et successoribus vestris potestatem de Civitate Majorice nomine et vice tocius Regni Majorice et insularum Minorice et Evice. Et de villa Podiiceritani nomine et vice Ceritanie et Confluentis. Et de villa Perpiniani nomine et vice comitatus Rossilionis et terrarum Vallespirii et Castri Cauquiliberi. Et de Castro de Omelacio nomine et vice viccomitatus de Omeladesio quas potestates nos heredes et successores nostri teneamur dare vobis et successoribus vestris quandocumque et quocienscumque requisiti fuerimus per vos et successores vestros irati et paccati ratione tamen recognitionis feudi et fatice juris nec predictas potestates possitis vos vel successores vestri retinere ratione valence. Promitimus etiam per nos heredes et successores nostros vobis et successoribus vestris imperpetuum quod nos et ipsi successores nostri firmabimus jus vobis et vestris in posse vestro et vestrorum. Et semel quo-

libet anno cum fuerimus requisiti ibimus ad curiam vestram et vestrorum in Cathalonia nisi tunc quando fuerimus requisiti fuerimus nos et dicti successores nostri in Regno Majorice. Promitimus tamen per nos et nostros et ad hoc de presenti nos et successores nostros obligamus quod juvemus valeamus et deffendamus vos et successores vestros cum toto posse nostro contra cunctos homines de mundo. Item promitimus per nos et nostros servare et servari facere in terris Rossilionis Ceritanie et Confluentis Vallespirii et Cauquolibero usaticos consuetudines et constitutiones Barchinone factos et factas et etiam faciendos et faciendas per vos et vestros cum consilio majoris partis baronum Cathalonie sicut moris est fieri salvis specialibus consuetudinibus locorum predictarum terrarum. Et quod in predictis terris Rossilionis Ceritanie Confluentis Vallespirii et de Cauquolibero currat moneta Barchinone et non alia. Retinemus tamen nobis et successoribus nostris quod possimus cudere vel cudi facere absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum in Regno Majorice et insulis eidem adjacentibus monetam et monetas de novo. Item retinemus nobis et successoribus nostris quod in nullo casu possit a nobis vel officialibus nostris vel successorum nostrorum appellari nec etiam per alium modum recurri ad vos dictum dominum Regem Aragonum vel successores vestros salvo quod propter hoc non detrahatur in aliquo hiis que superius et inferius continentur. Item quod nos et successores nostri possimus absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum facere

et ponere pedagium et novam lezdam in Regno Majorice et aliis insulis eidem adjacentibus salvis libertatibus per predecessores nostros concessis hominibus vestris nisi predicte libertates vel privilegia sint de jure per contrarium usum vel alio modo abrogata. Que tamen omnia nobis retinemus volumus et concedimus esse de feudo seu feudis predictis exceptis emptionibus supradictis et aliis per nos alio titulo ut predicitur adquisitis sub forma superius compreensa. Item cum dictus dominus Rex Majorice avus paternus noster in predictis instrumentis de quibus in principio hujus instrumenti habetur mencio retinuisset sibi et successoribus suis bovaticum in predictis terris ita quod dictum bovaticum esset de dicto feudo ut alia supradicta que sibi retinuit exceptis emptionibus predictis. Et subsequenter prefatus dominus Rex Majorice avus paternus. Et postmodum prefatus dominus Sanccius Rex patruus nostri remiserit bovaticum ipsum gentibus nostris dictarum terrarum quem ad presentationem dicti bovatici tenebantur ea conditione quod loco dicti bovatici prefate gentes nostre tenerentur dicto domino Regi Sanccio solvere viginti milia librarum Barchinone de quibus emantur mille librarum Barchinone rendales in alodio quas haberent et reciperent ipse et sui perpetuo loco bovatici supradicti. Recognoscimus tamen quod dictus dominus Rex Jacobus memorie recolende avus vestri dicti domini Petri Regis Aragonum generose consensit remissioni dicti bovatici et quod non teneretur dictus dominus Rex Sanccius emere dictas mille libras loco bovatici supra-

dicti. Inhibitiones vero seu banna per vos vel successores vestros factas vel faciendas non teneamur nos vel successores nostri servare nisi facte fuerint de consilio et assensu nostro vel nostrorum. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis obligamus vobis dicto domino Regi Aragonum et vestris nos et nostros et omnia bona nostra et juramus per Deum et ejus sancta IIII evangelia nos Jacobus Majorice Rex superius nominatus et facimus vobis homagium ore et manibus in presenti. Ad hec nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum predictus tenentes nos pro contentis et paccatis cum predictis a vobis illustri Jacobo per eandem Rege Majorice consanguineo nostro nobis recognitis et concessis per nos successoresque nostros laudamus et approbamus vobis et vestris successoribus perpetuo predictum Regnum Majorice insulas comitatus et terras que a nobis in feudum tenetis sub pactis et conventionibus supradictis. Et promitimus per nos et nostros vobis et vestris juvare valere et deffendere vos et vestros et regnum et terras et comitatus predictos et jurisdictiones vestras et dictarum terrarum que a nobis tenetis in feudum toto posse nostro contra cunctos homines. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis vice versa obligamus nos et nostros et omnia bona nostra vobis et vestris. Et juramus per Deum et ejus sancta IIII evangelia et facimus vobis homagium ore et manibus in presenti. Convenimus etiam et retinemus nos dicti Petrus Aragonum Rex et nos Jacobus Rex Majorice quod substitutiones facte in cartis hereditamenti inter nos et nostros per do-

minum Regem Jacobum bone recordationis abavum nostri dicti Petri Aragonum Regis et proavum nostri dicti Regis Majorice et in testamento ejusdem sint salve et in sua remaneant firmitate salvis hiis que in hoc instrumento continentur. In quorum testimonium nos Rex Aragonum et Rex Majorice predicti duo consimilia publica instrumenta inde fieri jussimus et sigillo nostrorum appensionibus comuniri. Que sunt acta in civitate Barchinone in capella majori palacii Regii civitatis ejusdem die sabbati qua computabatur XVI kalendas Augusti anno Domini MCCCXXX nono.

Signum ✠ Jacobi Dei gratia Regis Majorice comitis Rossilionis et Ceritanie ac domini Montispesulani. Qui hoc laudamus firmamus et juramus.

Signum ✠ Petri Dei gratia Regis Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comitisque Barchinone. Qui hoc laudamus firmamus et juramus.

Subscripsit Jo.

Testes hujus rei sunt qui predictis presentes fuerunt incliti domini infans Petrus Rippacurcie et Impuriarum Comes infans Raimundus Berengarius Comes Montanearum de Prades patrui dicti domini Regis Aragonum infans Jacobus Comes Urgelli et vicecomes Agerensis ejusdem domini Regis germanus. Reverendus Arnaldus Tarraconensis Archiepiscopus et venerabiles frater Ferrarius Barchinone Episcopus Guido Elnensis Episcopus frater Raimundus de Impuriis de ordine hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani Ber-

nardus Abbas Monasterii Sancte Marie de Arulis. Nobilis Petrus de Fonolleto vicecomes Insule Bernardus vicecomes Caprarie Johannes de Sono vicecomes de Evolo Berengarius de Vilariacuto Bernardus de Sono Petrus R. de Montebruno legum doctor Poncius de Lupiano majordomus A. de Lordaco vicecancellarius Bernardus Taurelli licenciatus in legibus Bernardus Egidi thesaurarius et A. de Pugdorfola legum doctor consiliarii dicti domini Majorice Regis. Bernardus de Falchs Bernardus de Boxados Petrus de Montepavone portarius major illustris domine Regine Aragonum Raimundus de Boyl thesaurarius Luppus de Gurrea portarius major Johannes Ferdinandi Munionis legum doctor et Domengius de Tarba vicecancellarii A. de Moraria et Bernardus de Ulzinellis legum doctor consiliarii domini Regis Aragonum supradicti Jacobus de Sancto Clemente Guillermus Nagera Simon de Olzeto et Bernardus de Rovira consiliarii civitatis Barchinone Johannes Scribe et Jacobus Marci nuncii civitatis Valencie et quamplures alii in multitudine copiosa.

Sig✠num Bernardi de Podio predicti domini Regis Aragonum scriptoris et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem suam qui predictis interfuit et de mandato dictorum dominorum regum hec scribi fecit cum literis rasis et emendatis in linea XXXV ubi dicitur emptionibus supradictis et in linea XLV ubi scribitur publica instrumenta et clausi die et anno quo supra.

Et dictus dominus Rex Aragonum pro tribunali sedens. Attendens quod licet dictus Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie non comparuerit coram ipso adhuc tamen posset coram eo hodie comparere cum tota presens dies sibi cedat ut tucius et justius in presenti causa procedatur deliberavit sedere pro tribunali more principis judicantis in aula palacii supradicti ubi dicte comparitiones facte fuerunt et expectare ibidem eundem Majorice Regem si veniret et compareret coram eo paratus procedere debite super eis et ita ut deliberavit fecit nam continue prefatus dominus Rex Aragonum sedit pro tribunali more principis judicium exercentis usque ad ultimam horam diey videlicet usque ad solis occasum expectando ibidem dictum Regem Majorice Comitem Rossilionis et Ceritanie ut predicitur ad cautelam.

Et quia idem Majorice Rex Comes Rossilionis et Ceritanie neque ad extremam horam ipsius diei ut premititur expectatus non comparuit nec aliquis pro eodem dictus dominus Rex Aragonum extrema hora dicti diei fecit per Bernardum Riba portarium suum ter alta voce clamari ita quod eos qui erant in aula predicta presentes poterant audire vocem et intelligere verba videlicet si erat ibi Rex Majorice vel alius pro eodem. Et nullus dedit responsum aliquod pro ipso Rege Majorice nec etiam ipse Rex Majorice comparuit nec aliquis pro eodem.

et vicecomitatum de Carladesio cum omnibus villis et castris eorundem vicecomitatuum et omnia etiam castra villas et loca quecumque habemus in terris Montispesulani et dominacione et terminis ejusdem. Et generaliter omnia alia quecumque habemus seu habere debemus ubicumque sint cum militibus scilicet hominibus feudis jurisdiccionibus et dominacionibus universis sive illa teneamus ad manum nostram sive alii teneant pro nobis in feudum. Exceptis feudis que consueverunt teneri ab episcopo et ecclesia Magalonensi de quibus aliqua tenentur adhuc ab ipsis episcopo et ecclesia et aliqua ab illustri Rege Francie habente in eisdem locum ab episcopo et ecclesia supradictis pro quibus omnibus et singulis locis et terris ac juribus eorundem. Recognoscimus nos de presenti feudatarium vestrum secundum formam superius comprehensam. Excipimus tamen a predicta recognicione feudi nos Jacobus Rex Majorice predictus emptiones castrorum villarum et locorum quas dictus dominus Jacobus Majorice Rex avus paternus noster post dictam renovacionem et dictus dominus Sanccius Majorice Rex ejus filius patruus noster fecerunt et quas nos fecimus vel alio titulo adquisivimus a tempore novissime renovacionis per nos facte citra de rebus alodialibus quem pro ipsis vel nobis non tenebantur in feudum si tamen non fuerint cum rebus feudalibus permutate. Nos tamen dictus Jacobus Rex Majorice per nos et nostros recognoscimus nos tenere a vobis dicto domino Rege Aragonum et vestris in feudum omnes regalias et jura universa quam et quas dictus dominus Jacobus avus et

dictus dominus Sanccius patruus nostri habebant ante emptiones predictas. Et habeamus et habemus nos in emptionibus predictis et in aliis rebus per nos alio titulo ut predicitur adquisitis. Sane volumus et concedimus quod sicut nos facimus vobis homagium ut inferius continetur sic heredes et successores nostri faciant et teneantur facere homagium vobis et successoribus vestris Regibus Aragonum imperpetuum pro supradictis et infrascriptis juxta contenta in hoc presenti instrumento et formam ejusdem. Promitimus etiam per nos et successores nostros vobis dicto domino Regi et successoribus vestris imperpetuum quod nos et successores nostri dabimus vobis et successoribus vestris potestatem de Civitate Majorice nomine et vice tocius Regni Majorice et insularum Minorice et Evice. Et de villa Podiiceritani nomine et vice Ceritanie et Confluentis. Et de villa Perpiniani nomine et vice comitatus Rossilionis et terrarum Vallespirii et Castri Cauquiliberi. Et de Castro de Omelacio nomine et vice vicecomitatus de Omeladesio quas potestates nos heredes et successores nostri teneamur dare vobis et successoribus vestris quandocumque et quocienscumque requisiti fuerimus per vos et successores vestros irati et paccati ratione tamen recognitionis feudi et fatice juris nec predictas potestates possitis vos vel successores vestri retinere ratione valence. Promitimus etiam per nos heredes et successores nostros vobis et successoribus vestris imperpetuum quod nos et ipsi successores nostri firmabimus jus vobis et vestris in posse vestro et vestrorum. Et semel quo-

etiam quod prefatus Majorice Rex non comparuit die et loco per nos sibi prefixis in dicta citationis litera nec etiam in die sequenti ut ex actis apparet. R.... tantes dictum Majorice Regem Comitem Rossilionis et Ceritanie fore contumacem pronunciamus et declaramus prefatum Majorice Regem fore contumacem tam in non veniendo quam in non firmando de directo quam alias non obtemperando contentis in dicta citationis litera et contra eum et feuda que pro nobis tenet ut contumacem hujusmodi esse procedendum juxta usaticos Barchinone et alias. Super aliis autem expediendis ulterius juxta usaticos Barchinone et alias in et super premissis et ea tangentibus retinemus nobis deliberationem.

—

Preterea die jovis intitulata VIII idus junii anno Domini MCCCXLII dictus dominus Rex Aragonum. Attendens quod dictus Majorice Rex Comes Rossilionis et Ceritanie ut ex premissis clare apparet infregit et transgressus fuit eidem domino Regi Aragonum conventiones dicte infeudationis superius insertas in quibus inter cetera expresse continetur quod dictus Majorice Rex tenetur et debet in posse suo jus firmare et usaticos Barchinone servare juxta quos quilibet homo seu vassallus tenetur et debet per suum dominum requisitus statim sibi et in posse suo jus firmare quam juris firmam idem Majorice Rex Comes Rossilionis et

et ponere pedagium et novam lezdam in Regno Majorice et aliis insulis eidem adjacentibus salvis libertatibus per predecessores nostros concessis hominibus vestris nisi predicte libertates vel privilegia sint de jure per contrarium usum vel alio modo abrogata. Que tamen omnia nobis retinemus volumus et concedimus esse de feudo seu feudis predictis exceptis emptionibus supradictis et aliis per nos alio titulo ut predicitur adquisitis sub forma superius compreensa. Item cum dictus dominus Rex Majorice avus paternus noster in predictis instrumentis de quibus in principio hujus instrumenti habetur mencio retinuisset sibi et successoribus suis bovaticum in predictis terris ita quod dictum bovaticum esset de dicto feudo ut alia supradicta que sibi retinuit exceptis emptionibus predictis. Et subsequenter prefatus dominus Rex Majorice avus paternus. Et postmodum prefatus dominus Sanccius Rex patruus nostri remiserit bovaticum ipsum gentibus nostris dictarum terrarum quem ad presentationem dicti bovatici tenebantur ea conditione quod loco dicti bovatici prefate gentes nostre tenerentur dicto domino Regi Sanccio solvere viginti milia librarum Barchinone de quibus emantur mille librarum Barchinone rendales in alodio quas haberent et reciperent ipse et sui perpetuo loco bovatici supradicti. Recognoscimus tamen quod dictus dominus Rex Jacobus memorie recolende avus vestri dicti domini Petri Regis Aragonum generose consensit remissioni dicti bovatici et quod non teneretur dictus dominus Rex Sanccius emere dictas mille libras loco bovatici supra-

suis servare et complere compositionem et pactiones inter dictos dominos Jacobum Aragonum parte una et Jacobum Majorice Reges ex altera juratas supra questione per eundem dominum Aragonum Regem seu illustrissimum dominum Petrum clare memorie dicti domini Jacobi Regis Aragonum genitorem mota seu facta contra Regem Majorice prefatum de dicto scilicet Regno Majorice insulis ei adjacentibus ac de Comitatibus et terris Rossilionis Ceritanie Confluentis et Vallespirii de Cauquolibero et villa Montispesulani cum castris et terminis suis. Et nichilominus procuratores actores et sindici memorati nominibus quibus supra visis et etiam intellectis compositione et pactionibus supratactis et certificati plenarie de eisdem promiserunt se facturos et curaturos quod omnia et singula contenta in dictis compositione et pactionibus servarentur obligando se et suos ac universitatem predictam quod eadem servarent ac servari facerent pro toto posse eorum imperpetuum et aliquem contravenire non permiterent quovismodo quodque ad premissa servanda totum facerent posse suum. Promiserunt etiam procuratores actores et sindici prelibati nominibus antedictis per se et suos dicto domino Jacobo Regi Aragonum atque suis quod si heredes forte vel successores ejusdem Majorice Regis servare nollent et complere dictas compositionem et pactiones et omnia et singula in instrumento ejusdem compositionis apponita et contenta ipsi dictos heredes et successores sepedicti Majorice Regis contra dominum Jacobum Regem Aragonum memoratum vel successores suos in

aliquo non deffenderent vel juvarent donec premissa per eos servata essent effectualiter et completa. Quinimo obligaverunt se et successores suos facturos et curaturos quod heredes et successores prefati Majorice Regis omnia et singula complerent et servarent in dicto instrumento compositionis apponita et contenta. Preterea juraverunt iidem procuratores sindici et actores per Deum et ejus sancta IIII evangelia manibus suis tacta nec non etiam de mandato expresso dicti Majorice Regis qui absolvit primitus illos quantum ad hec ab omni dominacione sacramento fidelitate et homagio quibus eidem existerent obligati fecerunt homagium domino Jacobi Regi Aragonum sepedicto illud recipienti pro se suisque successoribus memoratis pro pretactis omnibus complendis et firmiter observandis prout hec in instrumento confecto de dictis promissionibus lacius continetur. Que quidem compositio' et pactiones fuerunt olim et novissime per nos ex parte una et per illustrem Jacobum Majorice Regem carissimum fratrem nostrum ex altera renovate. Porro quia post renovationem novissimam antedictam nuper gravis de terris nostris rumor egresus ad nos pertulit quod idem Majorice Rex contra fas et licitum et contenta in compositione et pactionibus sepedictis et tanquam inmemor earundem aliam monetam preter Barchinonensem currere permisit et fecit ac etiam permitit et facit in dictis terris Rossilionis et Ceritanie Confluentis Vallespirii et Cauquiliberi et quod est gravius tolerandum cudit seu cudi fecit et facit publice monetam in villa Perpiniani in dicto comitatu Rossilionis sistenti

nec non etiam conflari seu fundi monetam regalem nostram Barchinone seu argenti que intacta penitus permansisse nec ab eodem Rege contaminationem aut diminutionem aliquam debuerat suscepisse dictam Regem per literam nostram citavimus ei nichilominus injungentes ut XXVI die si feriata non esset alias sequenti non feriata a receptione dicte citationis litere continue numeranda quem terminum sibi pro tribus citationibus vel edictis peremptorie duximus assignandum compareret personaliter coram nobis in civitate Barchinone paratus subire judicium et firmare de directo in posse nostro super omnibus supradictis et alias debite procedere super eis prout de jure et ratione ac secundum usaticos Barchinone et conventiones predictas existeret faciendum prout hec et alia in ipsa nostra citationis litera plenius enarrantur. Dictus vero Majorice Rex die quam ei prefiximus ut prefertur nec etiam insequenti usque ad quam fuit de gratia expectatus per se vel alium ejus nomine non cumparuit coram nobis in aula majori palacii nostri Barchinone horis debitis personaliter existentibus paratus facere que in dicta citationis litera continetur et quem sibi injungebamus in ea et facere tenebatur. Qua ex causa nos eundem Regem Majorice virtute dicte citationis reputavimus contumacem et ad alia processimus juxta dictos usaticos et consuetudinem Cathalonie justicia suadente. Cumque per hoc consequenter assit locus promissionibus ut premittitur factis per procuratores actores et sindicos antedictos juramentis et homagiis roboratis. Idcirco hec omnia et singula fidelita-

ti vestre tenore presencium intimamus et vigore dictorum juramenti et homagii vos et singulos vestrum expresse requirimus quatenus promissiones ipsas servetis juxta earum seriem et tenorem. Nec non etiam juramentum et homagium sepefata que non debent oblivione sub duci nec possunt tergiversatione qualibet occultari in recta consideracione et ponderata ut convenit deducentes quantum interest tenere ac sine diminutione aliqua observare promissiones juramentum et homagium memorata inviolabiliter observetis alioquin si quid tamen non speramus nec potest cadere in cor nostrum requisita per nos recusaveritis vel contempseritis complere et observare vel dicto Regi Majorice contra conventiones predictas in rebellione quavis nobis super predictis facta vel fienda adheseritis vel deffensionem juvamen vel favorem ipsi quomodolibet prestiteritis ac obliti fueritis juramenti et homagii eorundem. Significamus vobis quod in hiis potenter providebimus et faciemus pro conservatione juris et regalie nostre prout culmen deceat regie dignitatis. Ceterum ne de singulis singillatim et breviter supratactis videlicet de promissionibus juramento et homagio potestate promitencium et jurancium et homagium prestancium premissorum nec non de dictis compositione pactionibus et renovatione litera nostra citatoria et tenoribus earundem dubitari per quospiam valeat seu ignorancia quomodolibet allegari copiam inde vobis mitimus clausam sub nostri sigilli munimine cum presenti. Scituri quod super presentacione presencium vobis fienda latori earum qui nobis inde

fideliter referre juravit dabimus plenam fidem. Data Barchinone VIII idus junii anno Domini MCCCXLII. Sigillavit.

Iguales cartas y con la misma fecha fueron dirigidas á las universidades de Perpiñan y Puigcerdá.

Et nichilominus idem dominus Rex ut ex serie presentis processus appareat de dicta promissione facta per dictas universitates jussit in presenti processu inseri sex publica instrumenta inde confecta quorum tenores sequuntur per ordinem in hunc modum.

Noverint universi. Quod nos Berengarius A. de Insula Geraldus de Rivo milites Robertus de Pulcrovicino Guillermus Valentini Guillermus de Montesono Guillermus Eybrini Bernardus de Çaragoça et Guilermus de Fonte sindici actores et procuratores constituti ab universitate civitatis Majorice ad promitendum jurandum et obligandum et homagium faciendum ad ea que inferius continentur nomine nostro et dicte nniversitatis et successorum nostrorum et ipsius universitatis omnes insimul de mandato excellentissimi domini Jacobi Dei gratia Regis Majorice comitis Rossilionis et Ceritanie ac domini Montispesulani promitimus per nos et successores nostros vobis illustrissimo domino Jacobo Dei gratia Regi Aragonum Valentie et Murcie

ac comiti Barchinone et vestris servare et complere compositionem et pactiones initas inter vos predictum dominum Regem Aragonum et dictum dominum Regem Majorice super questione seu petitione quam vos dictus dominus Rex Aragonum seu dominus Rex Petrus felicis recordationis pater vester movit seu fecit contra dictum dominum Regem Majorice et insulis sibi adjacentibus et de comitatibus et terris Rossilionis Ceritanie Confluentis et Vallespirii et de Cauquolibero et de villa Montispesulani et castris et terminis ejusdem. Et visis et intellectis dictis compositione et pactionibus initis inter vos dominum Jacobum Regem Aragonum predictum et dominum Jacobum Dei gratia Regem Majorice prefatum et de predictis plene cercioraci promitimus nos curaturos et facturos quod predicta omnia serventur obligantes nos et nostros et universitatem predictam quod predicta servabimus et servari faciemus pro toto posse nostro imperpetuum et non permitemus aliquem contravenire. Et promitimus quod ad predicta servanda faciemus totum posse nostrum. Promitimus etiam per nos et nostros vobis predicto domino Regi Aragonum et vestris quod si forte heredes et successores dicti domini Regis Majorice nollent servare et complere predictam compositionem et pactiones et omnia et singula contenta in instrumento dicte compositionis nos non juvabimus nec deffendemus dictos heredes vel successores dicti domini Regis Majorice contra vos vel vestros in aliquo donec predicta fuerint completa per eos. Imo obligamus nos et nostros facturos et curaturos quod dicti

heredes et successores predicti domini Regis Majorice complebunt et servabunt omnia supradicta et singula contenta in instrumento dicte compositionis pro quibus omnibus complendis et servandis juramus per Deum et Sancta IIII evangelia a nobis corporaliter tacta et homagium facimus vobis dicto domino Regi Aragonum de voluntate et mandato predicti domini Regis Majorice. Et predictis completis per eos nos simus absoluti et liberati a predicta obligatione verum si vos vel heres vestri veniretis contra dictam compositionem in totum vel in partem vel eam non servaretis nolumus teneri ad predicta quamdiu vos vel heredes vestri non servaretis vel contraveniretis. Ad hec nos Jacobus Dei gratia Rex Majorice predictus volentes et mandantes vobis dictis probis hominibus et universitati et vestris quod predicta omnia observetis et observari faciatis. Et quod pro predictis complendis dicte domino Regi Aragonum sacramentum et homagium faciatis absolvimus quantum ad hec vos et vestros ab omni dominatione sacramento fidelitate et homagio quibus nobis estis obligati donec per dictos heredes et successores nostros predicta fuerint completa et servata. Actum est hoc in civitate Gerunde III nonas novembris anno domini MCCC secundo. Sig✠num Berengarii A. de Insula. Sig✠num Geraldi de Rivo. Sig✠num Roberti de Pulcrovicino. Sig✠num Guillermi Valentini. Sig✠num Guillermi de Montesono. Sig✠num Guillermi Eybrini. Sig✠num Bernardi de Ceragoca. Sig✠num Guillermi de Fonte. Qui predicta

laudamus concedimus et nostro proprio juramento et homagio firmamus.

Signum ✠ Jacobi Dei gratia Regis Majorice comitis Rossilionis et Ceritanie et domini Montispesulani predicti appositum hic de mandato nostro per manum Petri de Caldis scriptoris nostri. Qui predicta laudamus approbamus concedimus et firmamus et nostri appensione sigilli fecimus comuniri.

Testes sunt dompnus Infans Ferrandus filius domini Regis Majorice predicti Raimundus Dei gratia Episcopus Valentie cancellarius et consiliarius domini Regis Aragonum prefati R. Episcopus Elnensis Bernardus Episcopus Gerundensis Jacobus Petri Jacpertus vicecomes Castrinovi Dalmacius de Castronovo Bernardus de Crudiliis Simon de Gerundella Jacobus de Corniliano Petrus Galcerandi de Pinos frater R. de Guardia comendator domus Mansi Dei Gaufridus de Crudiliis abbas Fuxensis Petrus de Fonolleto Bremundus de Monteferrario legum doctor Berengarius de Calderiis A. de Cursavino et quamplures alii.

Sig ✠ num Petri Martini scriptoris domini Regis Aragonum predicti et auctoritate ejusdem notarii publici per totam terram et dominacionem suam. Qui predictis omnibus interfuit et hoc scribi fecit et clausit loco die et anno prefixis.

Noverint universi. Quod nos Petrus Adalberti Vita-

lentissimo domino Jacobo Dei gratia Rege Majorice comite Rossilionis et Ceritanie et domino Montispesulani ad publicum parlam entum in ecclesia Sancte Eulalie dicte civitatis in qua congregatione affuit majors pars hominum dicte universitatis ipsa universitas habito expresso mandato a dicto domino Rege domino dicte civitatis per literas suas auctoritate etiam dicto Dalmacio de Garriga tenente locum in Majorica dicti domini Regis Majorice fecit constituit et ordinavit Berengarium A. de Insula Geraldum de Rivo milites Robertum de Pulcrovicino Guillermum Valentini Guillermum de Montesono Guillermum Ebrini Bernardum de Saragoça et G. de Fonte sindicos actores et procuratores ipsius universitatis ad promitendum obligandum et jurandum nomine et vice dicte universitatis se et ipsam universitatem servaturos pro posse ipsorum compositionem et pactiones factam et factas inter illustres dominum Petrum inclite recordationis Regem Aragonum et dictum dominum Jacobum per eandem Regem Majorice fratres et omnia et singula contenta in instrumento dicte compositionis et pactionum et reformationem et renovationem et confirmationem nunc factas de predictis per illustres dominum Jacobum nunc Regem Aragonum et dictum dominum Jacobum Regem Majorice et se facturos et curaturos quod heredes et successores dicti domini Regis Majorice servabunt et complebunt omnia et singula in instrumento ipsius compositionis facto per Arnaldum Mironi scriptorem publicum Perpiniani contenta et ad promitendum et jurandum de non juvando nec deffen-

dendo heredes et successores dicti domini Regis Majorice contra dictum dominum Regem Aragonum vel suos in aliquo si predictam compositionem non servarent donec in ipsa compositione contenta per ipsos heredes essent completa et ad faciendum nomine dicte universitatis homagium dicto domino Jacobo nato Regi Aragonum pro predictis servandis et complendis promitens dicta universitas ratum et firmum habere quicquid per dictos sindicos factum fuerit in predictis. Quod est actum XIII kalendas octobris anno Domini MCCC secundo. Sig✠num Dalmacii de Garrigia militis tenentis locum in Majorica pro excellentissimo domino Jacobo Dei gratia Regi Majorice comiti Rossilionis et Ceritanie et domino Montispesulani Qui predicta concedimus et dicto procuratori auctoritatem nostram prestamus.

Testes hujus rei sunt.

Assaldus de Galiana miles	Berengarius Basda.
Aries Yanes.	Berengarius Calafelli.
G. Roberti.	Joannes de Turribus.
Jacobus Serra.	Ferrarius Lulli.
Romeus de Sagra.	Penanço Periç.
G. A. de Ecclesiis.	Uguetus Solerii.
A. Omberti.	Berengarius Vives.
A. Benedicti.	Bn. de Cumba.
Bn. Durandi.	Bn. Guascons.
P. Aragones.	et G. Guila.

Sig✠num Jocobi de Marina notarii publici Majorice. Qui hec scribi fecit et clausit.

Noverint universi. Quod congregata universitate hominum ville Perpiniani mandato illustris domini Jacobi Dei gratia Regis Majorice comitis Rossilionis et Ceritanie ac domini Montispesulani ad publicum parlamentum in Cimiterio Sancti Joannis Perpiniani ut moris est in qua congregatione adfuit major pars hominium dicte universitatis Pontius de Alaniano et Bn. Bonibominis et Ugo de Cantagrillo et Guillermus de Garric consules Perpiniani Guillermo Hominis Dei bajulo Perpiniani et Raimundo Trubors judice Perpiniani pro illustri domino Rege Majorice prefato et ipsa universitate presentibus et auctorizantibus fecerunt et constituerunt et ordinarunt Petrum Adalberti et Vitalem Grimaldi et Huguetum Saporis et Ferrarium Olibe burgenses dicte ville Perpiniani sindicos actores et procuratores ipsius universitatis ad promitendum obligandum et jurandum nomine et vice dicte universitatis se et ipsam universitatem servaturos pro posse ipsorum compositionem et pactiones factam et factas inter illustres dominum Petrum bone memorie Dei gratia Regem Aragonum quondam et dominum Jacobum Dei gratia Regem Majorice fratres et de novo postea renovatam et renovatas inter illustrem dominum Jacobum Dei gratia Regem Aragonum et illustrem dominum Jacobum per eandem Regem Majorice et omnia et singula contenta in instrumento dicte compositionis et pactionum et se facturos et curaturos

nis Saval fratris ejus et Berengarii Savila de Balneolis testium. Ego Petrus Mosseti hanc cartam scripsi mandato et vice Arnaldi Isarni.

Arnaldus Ysarni scriptor publicus Perpiniani subscripsit et hoc Sig ✠ num fecit.

Notum sit omnibus. Quod congregata universitate hominum ville Podii Cerdani mandato illustrissimi domini Jacobi Dei gratia Regis Majorice literatorie eis facto ad parlamentum publicum in platea dicte ville factum et convocatum per preconem publicum dicte ville ut est moris ibidem fieri parlamentum in qua congregatione adfuit majors pars hominum dicte universitatis predicte Bernardus de Mornacho G. Veciati et G. de Isavals consiliarii ejusdem ville et etiam ipsa universitas dicte ville Podii Cerdani presentibus et auctorizantibus Poncio de Caramany bajulo dicte ville et vicario Ceritanie et Raimundo Embetad judice ordinario dicte ville pro prefato domino Rege Majorice comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani fecerunt constituerunt et ordinaverunt Petrum Mercatoris Poncium de Ur Jacobum Mercatoris et Petrum Cerda habitatores ejusdem ville sindicos actores et procuratores ipsius ville et universitatis ville Podii-cerdani ad promitendum obligandum et jurandum vicé et nomine dicte universitatis se et ipsam universitatem servaturos pro posse ipsorum compositionem et pactiones factam et factas inter illustres dominum Petrum bone memorie quondam Regem Aragonum et dominum Jacobum Dei gratia Regem Majorice et nunc

renovatam seu renovatas inter illustres dominum Jacobum Dei gratia Regem Aragonum et prefatum dominum Jacobum per eandem gratiam Regem Majoric et omnia et singula contenta in instrumento dicte compositionis et pactionum et se facturos et curaturos quod heredes et successores dicti domini Regis Majorice servabunt et complebunt omnia et singula in instrumento ipsius compositionis inde facto contenta. Et ad promitendum et jurandum de non juvando nec defendendo heredes et successores dicti domini Regis Majorice contra prefatum dominum Regem Aragonum vel suos in aliquo si predictam compositionem non servarent donec in ipsa compositione contenta per ipsos heredes essent completa. Et ad faciendum nomine dicte universitatis homagium dicto domino Regi Aragonum licet absenti et tibi tabellioni publico infrascripto nomine ipsius domini Regis et omnium aliorum absencium quorum interesse potest stipulanti habere tenere et servare perheniter ratum gratum et irrevocabilem quicquid per dictos sindicos factum fuerit in predictis sub ypotheca omnium bonorum suorum ubique habitorum et de cetero habendorum. Actum est hoc XI kalendas octobris anno Domini MCCC secundo. Sig✠✠✠na Bn. de Mornacho G. Veciati et G. de Isavals consiliariorum predictorum. Qui hec laudamus concedimus et firmamus. Sig✠✠na Poncii de Caramany bajuli Podii Cerdani et vicarii Ceritanie et R. Embetad judicis Podii Cerdani pro prefato domino Rege Majorice. Qui huic sindicatu auctoritatem nostram prestamus. Testes hujus rei sunt. R. dez Morer Archi-

diaconus Ceritanie Bn. Gol rector ecclesie de Quexans P. F. rector ecclesie de Aragolifa G. Rosello G. Soler presbiteri.

Ego A. de Bonoanno publicus notarius ville Podii Cerdani hec scrip✠si dictione emendata in tertia linea ubi dicitur predicte.

Que quidem litera que universitati Civitatis Majorice dirigebatur fuit tradita Nathali de Agramunt portario dicti domini Regis Aragonum per eum portanda et tradenda universitati ipsius civitatis recepto ab eo juramento quod de presentatione ipsius litere faceret veram relationem dicto domino Regi Aragonum.

Litera vero que dirigebatur universitati dicte ville Perpiniani fuit tradita de mandato ejusdem domini Regis Aragonum Petro de Podiolo portario ejusdem domini Regis portanda et presentanda per eum universitati ipsius ville recepto juramento ab eo quod de presentatione ipsius litere relationem veram faceret domino Regi Aragonum sepefato.

Dicta autem litera que dirigebatur universitati ville Podii Ceritani fuit tradita mandato domini Regis Aragonum memorati Dominico Johannis de Montefórti porterio suo per eum portanda et tradenda universitati ipsius ville Podii Cerdani ab eo juramento recepto quod de presentatione ipsius litere faceret veram relationem ipsi domino Regi Aragonum.

Que quidem litera tradita supradicto Nathali de

so sigillatam sigillo comuni ipsius domini Regis Aragonum ut prima facie apparebat cujus tenor infra sequitur. Et quendam quaternum papireum scriptum ut ipse portarius assernit et clausum cum quadam enna pergamenea et sigillatum sigillo comuni sepedicti domini Regis Aragonum. Tenor autem ipsius litere talis est. Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone. Dilectis suis consulibus probis hominibus et universitati civitatis Majorice. Salutem et dilectionem. Habet tenax &.

La carta que debiera continuarse aquí es la misma que empieza en la pág. 139.

Quibus siquidem litera et quaterno presentatis et traditis dictis juratis ut predicitur idem portarius nomine dicti domini Regis Aragonum peciit et requisivit coram dictis juratis viva voce eodem nomine sibi fieri et tradi publicum instrumentum per hec verba. Requir de part del dit Senyor Rey Darago que si alcun notari hic ha quem faça carta de la presentacio de la letra e com vos he presentat e liurat aquest translat clos e segellat ab segell del dit Senyor Rey. E requir vos que si notari no hic ha quen hajats un quim puxa fer carta daquestes coses. Post hec eadem die circa horam completorii idem portarius una mecum dicto notario accessit apud dictos juratos in dicta sala existentes et ibidem in presentia mei dicti notarii et testium predictorum dictus portarius nomine dicti domi-

ni Regis Aragonum peciit et requisivit dictos juratos ibidem presentes et existentes quod haberent sibi aliquem notarium dicte civitatis Majorice qui de dicta presentatione eidem faceret publicum instrumentum. Et iidem jurati respondentes premissis dixerunt eidem portario hec verba vel similia. Nous cal notari que nos vos farem resposta per la qual lo Senyor Rey Darago entendra que vos havets presentada la dita letra sua e quaern a nos. Quibus responsis per dictos juratos dictus portarius requisivit eos quod facerent sibi responsionem si quam facere voluerint super predictis. Alias quod dictus portarius recederet a dicta civitate Majorice. Qui jurati responderunt quod ipsi non poterant quo ad presens facere responsionem ad predicta pro eo quia ante habebant congregare et etiam convocare omne generale tocius terre. Quibus sic peractis dictus portarius nomine dicti domini Regis Aragonum peciit et requisivit eodem nomine sibi fieri et tradi publicum instrumentum per notarium siquis ibi adesset. Postea die lūne circa horam vesperorum que computabatur XVI kalendas julii anno predicto idem portarius una mecum dicto notario accessit apud dictos juratos in dicta sala existentes et ibidem in presencia mei dicti notarii et Jacobi de Blanes et Johannis Carbonis testium per dictum portarium ad hec specialiter vocatorum et rogatorum dictus portarius nomine predicto peciit et requisivit iterum dictos juratos ibidem existentes quod facerent sibi dictam responsionem ad predicta cum ipse per biduum et amplius expectaverit eosdem juratos alias opporteret se recedere a dic-

ta civitate Majorice. Et dicti jurati responderunt eidem portario quod non poterant facere responsionem ad predicta usque in crastinam diem martis pro eo quia illo tunc erit congregatum omne generale totius terre et habito consilio cum eo incontinenti dicta die martis facerent sibi responsionem ad predicta per dictum portarium presentata. De quibus omnibus supradictis dictus portarius peciit et requisivit nomine domini Regis Aragonum alta voce clamando sibi eodem nomine fieri et tradi per notarium siquis ibi adesset publicum instrumentum in testimonium premissorum. Acta fuerunt hec diebus et anno et horis ac loco predictis presente me dicto notario et presentibus etiam testibus supradictis.

Sig✠num mei Marci de Tornavellis notarii publici per totam terram et dominationem illustrissimi domini Regis Aragonum auctoritate ejusdem qui predictis omnibus et singulis una cum testibus supradictis interfui et hec scribi feci et clausi cum literis rasis et emendatis in linea XXV ubi dicitur eadem et in linea XXX ubi dicitur ab segell del dit Senyor Rey.

Et nichilominus idem porterius detulit quandam literam responsivam juratorum procerum et universitatis civitatis et Regni Majorice patentem et sigillatam in dorso ut prima facie apparebat et prout litere scripte in ambitu dicti sigilli legi poterant que sunt tales. ✠ S. Universitatis Regni Majorice. Cujus quidem sigilli effigies erat prout clarius potuit figurari videlicet

omnem cassum deffendere contra cunctos ac res et vitam exponere pro eodem cum eum solum principem et dominum nostrum et non alium agnoscamus ac eidem et suis dumtaxat et non cuivis alteri quolibet obligationis astricti vinculo censeamur nec nos inde retrahere poterunt metus cujusque potentie dampna et pericula quantacumque. Taliter nos habentes quod fidelitas qua domino nostro Regi Majorice astringimur et extimatio nostra ac universitatis predicte scincere Deo propicio conservabuntur in omne evum pariterque illese. Datum in civitate Majorice XVIII die mensis junii anno Domini MCCCXLII.

Dicta vero litera tradita Petro de Podiolo portario supradicto fuit per eundem portarium presentata universitati dicte ville Perpiniani prout patet per publicum instrumentum ad requisitionem portarii supradicti confectum cujus tenor sequitur in hunc modum.

Noverint universi. Quod die veneris paulo post horam vesperorum ante videlicet completorium intitulata XVIII kalendas julii anno Domini MCCCXL secundo in presentia mei Raimundi de Trilea publici notarii Barchinone et auctoritate regia per totam terram et dominationem illustrissimi domini Regis Aragonum et in presentia etiam Petri Casoverii habitatoris Vici et Galcerandi de Yspania habitatoris Gerunde testium ibidem assistencium. Petrus de Podiolo porterius dicti domini Regis obtulit et presentavit venerabilibus Johanni Mir et Guillermo Morelli consulibus hoc anno ut

idem Guillermus asseruit una cum Petro Redo Guillermo Eres et Ferrario Castilionis ville Perpiniani constitutis personaliter in quadam domo parva consulatus dicte ville ac etiam eisdem Johanne Mir et Guillermo Morelli videntibus et respicientibus coram ipsis posuit super quadam tabula que intus dictam domum erat quandam literam papiream patentem dicti domini Regis Aragonum in ejus dorso sigillo cereo comuni ipsius domini Regis sigillatam cujus tenor sequitur per hec verba. Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilectis suis consulibus probis hominibus et universitati ville Perpiniani. Salutem et dileccionem. Habet tenax preteritorum memoria diffusa. & &.

Sigue un documento igual al de la pág. n. 139. hasta la fecha inclusive; continuando luego del modo siguiente.

Qua litera oblata et presentata ac etiam super dicta tabula posita ilico dictus Petrus de Podiolo porterius antedictus ex parte dicti domini Regis Aragonum peciit et requisivit de presentatione litere preinserte nec non et de traditione quam faciebat de quodam translato papireo clauso cum enna pergamenea sigilloque cereo comuni ipsius dimini Regis Aragonum sigillato quod in dicta tabula posuit fieri et tradi sibi publicum instrumentum per quemcumque notarium qui ibi presens esset et quod si quis notarius dicte ville Perpi-

niani ibi presens non erat quod haberent dicti consules aliquem notarium qui de premissis publicum instrumentum sibi faceret et traderet. Et incontinenti dicti Johannes Mir et Guillermus Morelli asserentes quod miserant pro aliis eorum consulibus egressi fuerunt a domo ipsa et inde recederunt dictis litera et translato super dicta tabula remanentibus. Postea eadem die post completorium paulo ante solis occasum in presentia mei dicti notarii et Petri Sicarts de domo ut asserebat domini Regis Majorice et dicti Galcerandi de Yspania et plurium aliorum testium omnes predicti consules dixerunt predicto Petro de Podiolo constituto personaliter in quadam camera castri dicti domini Regis Majorice ville predicte Perpiniani que camera est satis prope et contigua camere illustris domine Regine Majorice hec verba vel quasi similia. Senyer nos havem reebuda e regoneguda aqueixa letra ab lo quern o translat que vos havets aportat e axi fervosem resposta. Et incontinenti dictus Petrus de Podiolo ex parte predicta peciit et requisivit tam de presentatione litere et traditione translati predicti quam de premissis verbis fieri et tradi sibi publicum instrumentum per quemcumque notarium que ibi adesset. Et ilico dicti consules dixerunt hec verba vel quasi similia. Noych ha ara notari negu mas aytant vos valra com a notari pus queus fem resposta ab letra. Acta fuerunt hec die anno et locis predictis presentibus me notario et testibus supradictis.

Sig✠num mei Raimundi de Trilea publici notarii

Barchinone et auctoritate regia per totam terram et dominationem illustrissimi domini Regis Aragonum predicti. Qui predictis omnibus et singulis una cum testibus supradictis interfui et hec scripsi et clausi cum literis suprapositis in linea tertia ubi dicitur domo et cum rasis et emendatis in linea decima ubi scribitur qubdque.

Et nichilominus idem porterius detulit quendam literam responsivam consulum et universitatis ville Perpiniani ut prima facie apparebat sigillatam sigillo cere albe cujus sigilli effigies et litere legi non poterant et ipsius litere supscriptio erat talis.

Serenissimo ac illustrissimo principi domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Sardinie Corsice comiti Barchinone.

Tenor autem ejusdem litere sequitur sub hac forma.

Serenissimo ac illustrissimo Principi domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Sardinie Corsice Comiti Barchinone. Consules et universitas ville Perpiniani. Se ipsos cum omni reverentia et honore. Visis quibusdam literis celsitudinis vestre per quendam asserentem se fore porterium ejusdem apud Perpinianum aportatis continentibus in effectu requisitionem contra excellentissimum Principem dominum nostrum Regem Majorice per vos nobis factam eisdem ducimus respondendum quod salva excellencia vestre regie cel-

situdinis non est dicendum modo aliquo nec presumendum dictum dominum nostrum Regem aliquid sue dignitati et honori contrarium cogitasse nec etiam perpetrasse. Quinimo quilibet proculdubio habere debet et tenere prefatum dominum nostrum Regem Majorice tante dignitatis et magnificentie ac justicie circumfultum fecisse et complevisse omnia ad que personis quibuslibet teneatur. Et nos sui veri subditi et vassalli habemus et tenemus ita esse et fuisse supradicta et sic in viceribus cordium nostrorum gessimus gerimus et geremus perpetuo inconvulse quem utpote nostrum dominum naturalem ejusque honorem Regnum et terras ex legalitatis et fidelitatis debito quo eidem sumus firmiter alligati semper in voto nobis fuit est et erit in omnem casum contra cunctos deffendere cum effectu ac res et vitam nostras exponere pro eodem cum eum solum principem et dominum nostrum et non alium agnoscamus ac eidem et suis tantummodo et non alicui alteri quolibet vinculo obligationis nos esse astrictos teneamus. Nec nos inde retrahere seu separare poterunt metus cujusque potentie dampna et pericula quantacumque sed taliter nos habebimus superna gratia ministrante quod fidelitas qua domino nostro Regi Majorice astringimur et legalitas nostra ac universitatis predicte sinccere Deo propicio perpetuo conservabuntur incorrupte pariter et illese. Datum Perpiniani tertio kalendas julii anno Domini MCCCXL secundo.

Litera siquidem tradita ut prefertur Dominico Jo-

hannis de Monteforti portario memorato fuit per eundem portarium presentata et tradita Jacobo de Capiteville consuli Podiiceritani ut patet per publicum instrumentum confectum ad instanciam ejusdem portarii cujus tenor talis est.

Noverint universi. Quod die veneris qua computabatur XVIII kalendas julii anno Domini MCCCXLII. Dominicus Johannis de Monteforti excellentissimi Principis et domini Petri Dei gratia Regis Aragonum Valentie Sardinie et Corsice Comitisque Barchinone portarius personaliter constitutus in villa Podiiceritani accessit una mecum Arnaldo Canyadelli notario publico Barchinone et per totam terram et dominationem prefati domini Regis Aragonum auctoritate ejusdem apud plateam ipsius ville et ibidem in presentia mei dicti notarii et Bernardi Cesarauguste hostalerii et Periconi Climenç draperii dicte ville Podiiceritani Petri Sagas oriundi de Civitate Minorise et Bertrandi Pereç de Curbe testium ad hec per eundem portarium specialiter vocatorum. Idem portarius nomine et vice sepedicti domini Regis Aragonum obtulit et presentavit ac etiam tradidit Jacobo de Capiteville consuli ville Podiiceritani ut ipse consul asseruit personaliter invento in quodam operatorio draperie dicti Periconi Climenç quod est satis propre plateam majorem ville predicte nomine suo et aliorum conconsulum suorum aliis consulibus ipsius ville non inventis licet petitis per eundem portarium quandam literam papiream patentem in dorso sigillatam sigillo cereo comuni ipsius

domini Regis Aragonum ut prima facie apparebat cujus tenor infra sequitur. Et quendam quaternum papireum scriptum ut ipse portarius asseruit et clausum cum quadam enna sive corrigia pergamenea et sigillatum sigillo prefati domini Regis Aragonum ut prima facie apparebat. Tenor autem ipsius litere talis est. Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone. Dilectis suis consulibus probis hominibus et universitati ville Podiiceritani. Salutem et dileccionem. Habet tenax preteritorum memoria diffusa & & &.

Sigue un documento igual al de la pág. 139, hasta la fecha inclusive; prosiguiendo luego de esta manera.

Quibus siquidem litera et quaterno oblatis et presentatis ac etiam dicto consuli traditis ut predicitur sepedictus portarius nomine dicti domini Regis Aragonum peciit et requisivit sibi eodem nomine de predictis omnibus fieri et tradi publicum instrumentum per notarium si quis ibi adesset. Requirens nichilominus idem portarius predictum consulem quod si notarius ibi presens non erat quod ipse consul haberet aliquem notarium ville predicte qui de premissis omnibus faceret sibi nomine dicti domini Regis Aragonum publicum instrumentum. Quibus litera et quaterno predictis per eundem Jacobum de Capiteville consulem predictum acceptis ipse consul respondit premissis

pondens dixit hec verba vel similia. No hic sera mentre vos siats en la vila. Item incontinenti sine aliquo medio predictus portarius una mecum dicto notario accessit ad hospitium Petri Riba consulis ville predicte ut ipse portarius asseruit et ibidem in presencia mei dicti notarii et testium supra proxime dictorum peciit a quadam muliere in eadem hospitio personaliter inventa ubi erat Petrus Riba consul predictus et ipsa respondens dixit quod apud Regem Majorice iverat. Simili quoque in eodem momento inmediate sepedictus portarius una mecum dicto notario accesit ad hospicium Guillermi Pages consulis ville predicte ut ipse portarius asseruit et in presentia mei dicti notarii et testium supra proxime dictorum dixit cuidam mulieri in dicto hospitio personaliter invente ubi erat Guillermus Pages consul predictus et ipsa respondens dixit. No creu que hic sia daquests III o IIII jorns que fora la vila es. Et post hec incontinenti sine aliquo medio cum predictus portarius vellet se accedere una mecum dicto notario ad hospitium Arnaldi Veciat consulis ville predicte ut ipse portarius asseruit idem portarius in presentia mei dicti notarii et testium supra proxime dictorum peciit a pluribus hominibus singulariter ubi morabatur idem Arnaldus Veciat et non invenit aliquem qui sibi vellet dicere vel mostrare habitationen ipsius consulis. Quibus sic peractis ut predicitur incontinenti sine aliquo intervallo predictis consulibus perquisitis eisque non inventis ut dictum est memoratus portarius una mecum dicto notario et testibus supra proxime dictis accessit ad do-

tenendo predictam literam in manu clamavit quendam hominem et quia non venit ipsemet legit et inspexit literam supradictam simul cum duobus probis hominibus peritis in jure ut ipse portarius asseruit sibi assistentibus. Et ipsa litera lecta et inspecta ad partem per ipsum vicarium et alios sibi assistentes idem vicarius dixit hec verba vel similia. Senyer veus la letra e prenets lo quern que no dreça a mi ans par que dreç als consols de la vila. Et dictus portarius dixit, se nil velle recipere ex premissis. Immo requisivit dictum vicarium et alios ibi existentes tanquam universitatem ipsius ville ut predictos literam et quaternum conservarent eosque traderent consulibus ville predicte. Peciit nichilominus et requisivit idem portarius nomine domini Regis Aragonum de predictis omnibus alta voce clamando sibi eodem nomine fieri et tradi per notarium si quis ibi adesset publicum instrumentum in testimonium premissorum. Acta fuerunt hec die et anno ac locis predictis presente me dicto notario et testibus ut predicitur supradictis.

Sig✠num mei Arnaldi Canyadelli notarii publici Barchinone et per totam terram et dominationem illustrissimi domini Regis Aragonum auctoritate ejusdem qui premissis omnibus et singulis ut supra continetur una cum testibus supradictis interfui et hec scribi feci et clausi cum literis appositis in linea II ubi dicitur auctoritate et rasis et emendatis in linea V ubi dicitur ipse.

retat anan a vos e estan ab vos e retornan de vos em fasatz per lo portador de la present saber lo jorn que volrets que a Barchinona ab vos sia. Lo Sant Esperit sia guarda de vos. Escrita de ma ma lo XX jorn de juny lany MCCCXLII a Perpenya.

De part vostre frare lo Rey de Malorques.

—

Deinde ultima die mensis junii intitulata II kalendas julii anno predicto dictus dominus Rex Aragonum protestans expresse quod per vistam quam concedit dicto Regi Majorice comiti Rossilionis et Ceritanie nec per literam responsivam quam intendit eidem mitere nec per guidaticum quod sibi concedit nec per aliqua alia que dicantur vel fiant seu tractentur quomodolibet non intendit processui per ipsum Dominum Regem facto vel faciendo prejudicium generari nec eidem renunciare tacite vel expresse immo intendit quod dictus processus in omnibus et per omnia sit et remaneat in suo robore et valore. Rescripsit eidem Regi Majorice per suam literam sub hiis verbis.

Car frare. Divenres prop passat reebem vostra letra al cap de Tortosa hon erem vinents de Valencia a Barchinona per mar. En la qual nos pregavets que vinguessem a Barchinona per tal com voliets haver vistes ab nos per rao delcuns enantaments que nos en-

teniem a fer contra vos. E sapiats car frare que a nos es tota vegada greu de fer alguns enantaments contra vos mas nos no podem sofferir tant grant prejudici de la nostra corona. E fem vos saber que a nos plau la dita vista en la dita ciutat de Barchinona en la qual som ja. E que sia al XII dia siguent mes de juliol al pus tard. E fet nos saber per lo portador de la present si a aquell dia serets aci per la dita rao. La seguretat que demanats vos trametem per altra carta nostra Scrita en Barchinona sots nostre segell secret digmenge derrer dia de juny.

Item repetita protestatione premissa dictus dominus Rex Aragonum concessit ad dicti Regis Majorice postulationem literam securitatis seu guidatici continentie subsequentis.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone. Tenore presentis guidamus et assecuramus in fide nostra Regia vos Illustrem Jacobum Dei gratia Regem Majorice comitem Rossilionis et Ceritanie ac dominum Montispesulani carissimum fratrem nostrum cum familiis arnesiis et aliis rebus vestris quas vobiscum adducetis in veniendo ad nos apud civitatem Barchinone stando ac etiam redeundo ad terras nostras per totum mensem julii proximo nunc instantem. Mandantes hujus serie universis et singulis officialibus et subditis nostris vel loca tenentibus eorundem quod presens guidaticum nostrum per dictum tempus firmum habeant et observent

et faciant inviolabiliter observari. Illudque nos in fide nostra regia et sine enganno tenore presentium promitimus observare. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostro sigillo munitam. Datam Barchinone II kalendas julii anno Domini MCCCXLII. Vidit B.

Que quidem litera fuit tradita illi cursori qui dictam literam Regis Majorice ipsi domino Regi Aragonum presentavit.

—

Deinde die sabbati III nonas julii anno jamdicto prefatus dominus Rex Aragonum recepit quendam literam Regis Majorice prefati quam idem dominus Rex Aragonum mandavit inseri in presenti processu cujusquidem litere suprascriptio cum esset clausa talis est.

Al molt alt e excellent Princep lo Senyor Rey Darago, son reverent frare.

Tenor autem ipsius litere sequitur in hunc modum.

Molt alt e excellent princep e senyor e molt car e reverent frare. Vista he vostra letra sobre la vista de queus he escrit de la qual letra esguardan la graciosa resposta quem fetz e molt gran plaser e jatsesia que axi cous avia escrit yo me confiu de vos placiaus que per moltes coses que men son dites que aytal segurtat co mavetz tramesa vullatz fer per manera ques en-

per res no vendriem ne fariem contra neguna segurtat que feta haguessem o de paraula o de scrit ab sagrament o menys de sagrament. Empero no guardan que mills deuriets confiar de nos trametem vos la dita segurtat aytal com la demanats. Scripta en Barchinona sots nostre segell secret a VIII dies de juliol.

Et nichilominus repetita per ipsum dominum Regem Aragonum protestatione premissa idem dominus Rex ad preces dicti Regis Majorice et ob reverentiam Sedis Apostolice ac honorem reverendi in Christo Patris Armandi Aquensis Archiepiscopi dicte Sedis apostolicè nuncii seu legati concessit literam assecuramenti seu guidatici continentie subsequentis.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone. Quamvis nuper guidaverimus illustrem Regem Majorice fratrem nostrum carissimum cum litera nostra cujus series sic se habet. Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum &. Tenore presentis guidamus et assecuramus &.

Sigue un documento igual al de la pág. 174 hasta la fecha inclusive, continuando luego en esta forma.

Attamen quia dictus Rex nobis inde porrexit literatorie preces suas ut aliam literam guidatici et as-

securamenti que vobis venerabili in Christo patri Armando divina providentia Archiepiscopo Aquenensi ut legato seu nuncio sedis apostolice sacrosancte per sanctissimum in Christo patrem et dominum Clementem superna providente clementia Papam sextum ad nos spetialiter destinato dirigeretur sibi concedere deberemus. Idcirco presentium serie ob reverentiam dicti domini Pape et ejus sancte sedis contemplationeque precum dicti Regis utrinque pro hiis instanter intercedentis honorem promitimus in bona fide nostra regia et sine enganno pro nobis ac nostris vassallis subditis et adherentibus quibuscumque vobis Archiepiscopo memorato ut legato seu nuntio supradicto hujusmodi guidaticum et assecuramentum usque ad primam diem mensis Augusti proxime instantis exclusive tenere et observare ac teneri et observari facere inconcusse in terra atque mari nostre ditioni subjectis dicto Majorice Regi suisque sequentibus ac familiis arnesiis et rebus aliis quavis nomine nuncupatis venicndo videlicet ad nos stando et etiam redeundo prout clarius et plenius superius est expressum ac prout melius dici potest et intelligi ad salvamentum dicti Regis et aliorum omnium predictorum et bonum ac sanum intellectum. Et ad horum majorem roboris firmitatem juramus in vestri super hiis instantis presentia ac inclitorum infantis Petri Rippacurcie et Montanearum de Prades Comitis patrui et Jacobi comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis fratris nostrorum carissimorum et venerabilium Archiepiscopi Terracone ac Episcopi Barchinone et nobilium Nicholai de Jamuilla comitis

Terranove et Arnaldi de Erillo nec non aliorum nobilium et militum ad sancta Dei evangelia manibus nostris tacta premissa omnia et singula complere et firmiter observare et observari facere prout superius clarius explicantur. Datum Barchinone nonas julii anno Domini Millesimo CCCXL secundo. Signata.

Que quidem litera tradita fuit cursori qui proxime dictam literam Regis Majorice ipsi domino Regi Aragonum presentavit.

Et voluit idem dominus Rex Aragonum quod de protestationibus memoratis fiant unum vel plura publica instrumenta quando et quociens sibi videbitur expedire dictanda prout melius dictari poterunt ad conservationem sui juris et utilitatem ejusdem.

—

Subsequenter vero die jovis intitulata VIII kalendas Augusti anno proxime dicto memoratus dominus Rex Aragonum sub premissis protestationibus quas pro repetitis voluit hic haberi ad instantiam dicti legati concessit dicto Regi Majorice qui pretextu dicti guidatici venerat ad civitatem Barchinone ubi tunc presens erat subscriptura guidaticum et assecuramentum cum litera sua tenoris sequentis.

—

Postmodum autem die jovis intitulata kalendas augusti anno predicto nobilis Arnaldus de Erillo procurator qui supra nomine procuratorio supradicto requisivit inter alia dictum Regem Majorice comitem Rossilionis et Ceritanie existentem personaliter in domo fratrum minorum civitatis Barchinone quatenus super contentis in dicta citationis litera firmaret de directo in posse ipsius domini Regis quam requisitionem fecit cum publico instrumento quod de mandato dicti domini Regis fuit in presenti processu insertum ut sequitur.

Pateat universis. Quod die jovis paulo post horam none qua computabatur kalendas augusti anno Domini MCCCXLII. Illustri et magnifico Principe domino Jacobo Dei gratia Rege Majorice Comite Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani in quadam aula sive camera inferiori domus fratrum minorum civitatis Barchinone in qua dictus dominus Rex Majorice hospitabatur personaliter constituto. Nobilis Arnaldus de Erillo vicarius Barchinone ac procurator ad infrascripta per illustrissimum ac magnificum Principem et dominum Petrum Dei gratia Regem Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comitemque Barchinone spetialiter constitutus cum publico instrumento confecto

curatorio quo supra de omni jure quod dicto domino Regi Aragonum acquisitum est et acquiritur ex eo quia distulistis dictam firmam juris facere in posse dicti domini Regis et adhuc eam differtis. Ideoque persistendo in dictis protestationibus et ab eis seu earum aliqua nullatenus recedere intendendo requiro nomine procuratario predicto vos dictum illustrem Regem Majorice quatenus dictam firmam juris faciatis in posse dicti domini Regis sicut eam facere debetis et potestis cum ad eam faciendam teneamini ex natura feudi juxta usaticos Barchinone et ex usantia generali Cathalonie et etiam ex conventione dudum per dominos Reges Aragonum et Majorice inita et per dictum dominum Regem Aragonum ac vos renovata et juramento et homagio per vos roborata et confirmata. Et etiam nullo modo debetis nec potestis contradicere nec differre absque metu penarum in dictis usaticis ad quorum observationem juxta dictam conventionem astringimini expressarum. Et si recusetis seu etiam differatis dictam firmam facere protestor iterato nomine procuratorio predicto ut supra et de omni alio jure et interesse dicti domini Regis prout melius ad utilitatem ipsius protestari valeat de eodem. De quibus omnibus etc. Qua quidem cedula lecta dicto domino Regi Majorice prefatus nobilis Arnaldus de Erillo nomine procuratorio supradicto peciit et requisivit de premissis omnibus sibi fieri publicum vel publica quod et quociens voluerit instrumenta ad memoriam rei geste. Et confestim dominus Rex Majorice prefatus peciit copiam de premissa cedula quam incontinenti fuit sibi

re timore vel dubio retraherent dicta sua. Verum quia sumus parati de predictis stare cognitioni domini Summi Pontificis qui judex est inter Reges et de hoc est in possessione ut puta de Regibus Portugalie et Anglie et debet in ista causa et similibus judex esse vel est paratus de predictis in ipsum dominum summum Pontificem conpromitere et consentire et in ipsum ac posse suo ponere supradicta vel Cardinalium vel aliarum personarum non suspectarum. Verum nichilominus cum cupiamus cum dicto Rege fratre nostro amicabiliter convenire sumus parati ad novos tractatus secum condescendere super fiendis novis obligationibus per nos eidem vel etiam super dicta forma. Super quibus ad finem quod remaneamus secum in amore et tranquillitate et fraternali amore more solito dimitemus tantum de jure nostro quod totus mundus et gentes cognoscent quod non possumus aliud facere et moleste gerimus si secum non possimus convenire nam nec sua nec nostra culpa vellemus immo displiceret nobis summe quod secum aliquam discordiam habeamus nam attento quod caput est generis nostri et attentis debitis quibus et sanguinis et affinitatis adinvicem annectimur et attento fraternali amore qui semper viguit inter ipsum et nos ipsum intendimus venerari et sibi defferre eumque deffenderemus et statum suum in quibuscumque partibus hujus mundi. Nunc etiam adicimus quod predicte responsioni facte dicto legato sicut eam sibi fecimus stamus adiciendo quod nedum predicta set ad Dei judicium de persona nostra sumus parati in comuni curia deffendere supradic-

ta contra quacumque persona decente juxta nostri statum que nos vocare ad tale judicium voluerit de predictis. Et predicta volumus dicto instrumento pro responsione adjungi. Qua quidem responsione dictus dominus Rex Majorice voluit et requisivit continuari premissis et inde sibi fieri publicum instrumentum presentibus testibus ad hec vocatis Petro Raimundi de Codoleto mayordomo et Johanne de Sancto Johanne Camarlengo prefati domini Regis Majorice G. de Moraria scriptore ipsius domini Regis Aragonum Berengario de Granolleriis Perpiniano Imberti prefato et pluribus aliis inibi in magna multitudine congrègatis. Et continuo dictus R. Sicardi notarius recedens a dicto litore maris venit apud palacium regium dicte civitatis Barchinone et in quadam camera superiori dicti palacii intimavit ipsi nobili Arnaldo de Erillo procuratori qui supra inibi personaliter existenti et legit etiam publice responsionem eandem prout superius est inserta. Et dictus nobilis audita responsione predicta retinuit sibi deliberationem super eo quod in premissis fieri expediret presentibus testibus inclito domino infante Petro dicti domini Regis Aragonum patruo cõmite Rippacurcie et Montanearum de Prades nobilibus Nicholao de Jamuilla comite Terrenove Galcerando de Bellopodio mojordomo fratre Sanccio Lupi de Ayerbio confessore et Bernardo de Ulzinellis legum doctore thesaurario consiliariis ejusdem domini Regis ad hec spetialiter evocatis.

Postea vero die mercurii paulo ante horam meridiei intitulata XIX kalendas septembris anno predicto no-

bilis Arnaldus de Erillo procurator prefatus in camera dicti palacii personaliter constitutus nomine et pro parte serenissimi domini Regis Aragonum supradicti fecit ad premissa et per dictum notarium legi publice requisivit replicationem sequentem.

Ego Arnaldus de Erillo procurator predictus persistens in supra per me requisitis et protestatis eaque omnia et singula repetens et innovans et non assenciendo responsis per dominum illustrem Regem Majorice immo contradicendo eisdem et ea expresse negando in quantum contra dominum Regem Aragonum et ejus dominium facere videantur respondendo ad predicta per dictum illustrem Regem Majorice responsa dicens me et quemcumque hujusmodi responsa audiente debere mirari quod ipse illustris Rex diffiteatur et neget que nedum semel immo pluries fecit et approbavit et juramento et homagio roboravit et se ad ea servandum astrinxit et cum honore debito loquendo dico quod nulle cause subsunt nec subesse possunt propter quas prefate conventiones tociens per predecessores ejus ac per ipsum renovate et approbate quarum tenorem inferius inseri volo et subscribi careant viribus et effectu et dato sine prejudicio quod sic essent quod nullo modo fateor immo expresse nego quia nec posset esse adhuc non excusaretur ipse Rex ex quo sic ut premititur se astrinxit quin teneretur et teneatur directum firmare in posse dicti domini Regis et alia facere ad quem tenetur juxta dictam conventionem antequam declaratum esset ipsam conventionem carere viribus et effectu cujus declarationis fiende

jus patrimonio fuerunt et emanarunt feuda predicta. Profecto dictus Rex sine cause cognitione sine judicio et sententia ex dictis suis generalibus et nudis assertionibus in dicta sua responsione insertis que cum non declarentur in specie nec appareant procul dubio nullius sunt effectus non potuit nec potest de jure et ratione et presertim juxta usaticos Barchinone constitutiones et consuetudinem Cathalonie generales sua propria auctoritate dominium et possessionem vel quasi dictorum feudorum prefato domino Regi intervertere vel turbare. Et ubi rationes spetiales haberet etiam si que forent probabiles quod expresse nego ad impugnandum dictas infeudationem et conventiones illas indubitanter habuisset et deberet proponere et probare judicialiter coram dicto domino Rege Aragonum qui est dominus superior et judex ordinarius suus pro feudis predictis vel curia sua juxta usaticos et constitutiones et consuetudinem supradictos quibus subest idem Rex pro feudis superius expressatis numquam enim vel usque invenitur quinimo a jure et ratione multum exorbitat et ridiculum reputatur quod vassallus per suam nudam assertionem et sine cause cognitione a domino suo et jure vassallatico juramento et homagio roborato faciat se auctoritate propria liberum vel exemptum. Dico insuper quod ubi dictus dominus Rex coram aliquo haberet subire judicium ordinarium vel per viam compromissi summe sibi placeret coram dicto domino summo Pontifice seu ejus cardinalibus litigare set de hiis que absque perjudicio notabili juris sui et corone Regie non debet alterius

judicium suscipere seu subire. Non intendo ego procurator predictus quod dictus dominus Rex coram dicto domino Summo Pontifice seu coram quocumque alio de suo feudo habeat litigare. Dico preterea quod frustra de novis obligationibus fiendis tractaretur ex quo jam per precessores ipsorum dominorum Regum tractatos et factos et per ipsum Regem Majorice sepius ut prefertur solempniter approbatos ipse Rex quantum in eo est de facto non servat et nititur impugnare. Et cum reverentia loquendo quamdiu dictus illustris Rex Majorice non faciet dicto domino Regi Aragonum quod debet juxta dictas conventiones totus mundus et gentes cognoscent quod idem illustris Rex affectat et procurat non consideratis nexibus sanguinis et affinitatis quibus cum dicto domino Rege Aragonum annectitur habere discordiam cum dicto domino Rege nam alias si ipse faceret quod debet constat mihi quod dictus dominus Rex Aragonum ipsum prosequeretur favorabiliter et benigne sicut et predecessores dicti illustris Regis Majorice per predecessores ipsius domini Regis tractati fuerunt honorifice et decenter. Et ipse dominus Rex libenter eum tractaret favorabilius et magis benigne quam sui et predecessores fuerint pertractati si idem illustris Rex Majorice tantum prejudicium sibi et corone sue non conaretur inferre quod prejuditium nullo modo idem dominus Rex potest sustinere nec debet immo intendit jus suum prosegui per illam viam et modum qui sibi utilior seu magis expediens videatur prout sibi licitum est et permissum ex usaticis Barchinone et alias. Respondo insuper ad id quod

de alio judicio per dictum illustrem Regem Majorice allegatur quod ubi ad illud judicium haberet decurri quod tamen in hoc casu constat fieri non debere. Dictus Dominus Rex faceret complete juxta sui excellenciam quod eum deceret sic quod divino judicio et mundano ad cognitionem totius mundi esset plenarie satisfactum. Protestor itaque nomine procuratorio predicto ut super et spetialiter de penis predictis contra vassallum inficientem feudum et etiam de penis predictis contra vassallum contradicentem domino suo firmare directum. Et etiam de dampnis missionibus et expensis et de omni alio jure domini Regis jam propterea ei acquisito seu de directo acquirendo et de omnibus aliis de quibus ad utilitatem ipsius domini Regis utilius et melius valeat protestari. Tenor vero memorate conventionis sequitur in hec verba. In Dei nomine noverint universi. Quod nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone et nos Jacobus per eandem Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani. Scientes jam dudum compositionem seu transactionem fore factam inter illustrem dominum Petrum bone memorie Regem Aragonum proavum nostri Petri Regis Aragonum predicti ex una parte et illustrem Jacobum recolende memorie Regem Majorice avum paternum nostri Jacobi Regis Majorice predicti ex altera super regno Majorice cum insulis eidem adjacentibus et super comitatibus et terris Rossilionis Ceritanie Confluentis et Vallispirio et Cauquolibero et super Montepesulano cum castris et villis dominationis

novatam fuisse laudatam et approbatam inter prefatum dominum Regem Jacobum recolende memorie avum nostri Regis Aragonum predicti ex parte una et nos dictum Jacobum nunc Majorice Regem presentem volente auctorizante ac suum expressum assensum prestante honorabili Philippo de Majorica patruo ac tutore tunc nostri dicti Majorice Regis ex altera prout in alio instrumento publico inde confecto in civitate Barchinone in palatio regio kalendas octobris anno Domini MCCCXXVII et clauso per Bernardum de Podio dicti domini Regis Aragonum scriptorem et auctoritate ipsius notarium publicum per totam terram et dominationem suam clarius expressatur. Premeditantes insuper illustrem dominum Alfonsum comendabilis recordationis Regem Aragonum patrem nostri dicti Regis Aragonum jamdictam compositionem et transactionem consequenter antequam ad regie dignitatis apicem pervenissent laudasse approbase ratificasse et etiam confirmasse prout in quodam alio publico instrumento inde confecto Cesarauguste XII kalendas novembris anno Domini proxime dicto MCCCXXVII clausoque per Bonanatum de Petra notarium suum latius et plenius continetur. Prospicientes insuper eandem compositionem et transactionem de novo renovatam fuisse laudatam et approbatam inter prefatum dominum Regem Alfonsum felicis recordationis patrem nostri dicti Regis Aragonum ex una parte et nos dictum Jacobum Regem Majorice presente volente auctorizante ac suum expressum assensum prestante dicto honorabili Philippo de Majorica patruo et tutore tunc nostri dicti

Regis Majorice ex altera prout in alio instrumento publico inde confecto in civitate Barchinone in palatio nostri dicti Regis Aragonum VIII kalendas novembris anno Domini MCCCXXVIII clausoque per dictum Bonanatum de Petra seriosius expressatur. Propterea nos predicti Petrus Rex Aragonum et nos Jacobus Rex Majorice per nos et successores nostros volentes omnia et singula in predictis VI instrumentis contenta perpetuo habere roboris firmitatem ea omnia et singula de novo cum hoc publico instrumento laudamus et approbamus expresse. Idcirroque nos Jacobus Rex Majorice predictus juxta formam in singulis dictorum VI instrumentorum contenta per nos et omnes successores nostros recognoscimus et fatemur vobis dicto domino Petro Regi Aragonum carissimo consanguineo nostro tenere a vobis et successoribus vestris Regibus Aragonum in feudum honoratum sine omni servicio sub forma infrascripta totum predictum Regnum Majorice cum insulis, Minorice et Evice et aliis insulis adjacentibus eidem Regno et omnes predictos comitatus et terras Rossilionis Ceritanie et Confluentis Vallespirii et Cauquiliberi. Item sine juris perjudicio alieni recognoscimus et fatemur vobis dicto domino Petro Regi Aragonum tenere in feudum a vobis et vestris secundum modum superius et inferius comprehensum vicecomitatum Omeladesii et vicecomitatum de Carladesio cum omnibus villis et castris eorundem vicecomitatuum et omnia etiam castra villas et loca quecumque habemus in terris Montispesulani et dominatione et terminis ejusdem. Et generaliter omnia alia

quecumque habemus seu habere debemus ubicumque sint cum militibus scilicet hominibus feudis jurisdictionibus ac dominationibus universis sive illa teneamus ad manum nostram sive alii teneant pro nobis in feudum exceptis feudis que consueverunt teneri ab episcopo et ecclesia Magalonensi de quibus aliqua tenentur adhuc ab ipsis episcopo et ecclesia et aliqua ab illustri Rege Francie habente in eisdem locum ab episcopo et ecclesia supradictis. Pro quibus omnibus et singulis locis et terris ac juribus eorundem recognoscimus nos de presenti feudatarium vestrum secundum formam superius comprehensam. Excipimus tamen a predicta recognitione feudi nos Jacobus Rex Majorice predictus emptiones castrorum villarum et locorum quas dictus dominus Jacobus Majorice Rex avus paternus noster post dictam renovationem et dictus dominus Sanctius Majorice Rex ejus filius patruus noster fecerunt et quas nos fecimus vel alio titulo acquisivimus a tempore novissime renovationis per nos facte citra de rebus alodialibus que pro ipsis vel nobis non tenebantur in feudum si tamen non fuerint cum rebus feudalibus permutata. Nos tamen dictus Jacobus Rex Majorice per nos et nostros recognoscimus tenere a vobis dicto domino Rege Aragonum et vestris in feudum omnes regalias et jura universa quam et quas dictus dominus Jacobus avus et dictus dominus Sanctius patruus noster habebant ante emptiones predictas et habebamus et habemus nos in emptionibus supradictis et aliis rebus per nos alio titulo ut predicitur adquisitis. Sane volumus et concedimus quod sicut

nos facimus vobis homagium ut inferius continetur sic heredes et successores nostri faciant et teneantur facere homagium vobis et successoribus vestris Regibus Aragonum imperpetuum pro supradictis et infrascriptis juxta contenta in hoc presenti instrumento et formam ejusdem. Promitimus etiam per nos et successores nostros vobis dicto domino Regi et successoribus vestris imperpetuum quod nos et successores nostri dabimus vobis et successoribus vestris potestatem de civitate Majorice nomine et vice totius Regni Majorice et insularum Minorice et Evice et de villa Podiiceritani nomine et vice Ceritanie et Confluentis et de villa Perpiniani nomine et vice comitatus Rossilionis et terrarum Vallispirii et castri Cauquoliberi et de castro de Omelacio nomine et vice vicecomitatus de Omeladesio quas potestates nos heredes et successores nostri teneamur dare vobis et successoribus vestris quandocumque et quociensçumque requisiti fuerimus per vos et successores vestros irati et paccati ratione tamen recognitionis feudi et fatice juris. Nec predictas potestates possitis vos vel successores vestri retinere ratione valence. Promitimus etiam per nos et heredes et successores nostros vobis et successoribus vestris imperpetuum quod nos et ipsi successores nostri firmabimus jus vobis et vestris in posse vestro et vestrorum et semel quolibet anno cum fuerimus requisiti ibimus ad curiam vestram et vestrorum in Cathalonia nisi tunc requisiti fuerimus nos et dicti successores nostri in Regno Majorice. Promitimus tamen per nos et nostros et ad hoc nos et successores nos-

tros obligamus quod juvemus valeamus et deffendamus vos et successores vestros cum toto posse nostro contra cunctos homines de mundo. Item promitimus per nos et nostros servare et servari facere in terris Rossilionis Ceritanie et Confluentis Vallespirii et Cauquolibero usaticos consuetudines et constitutiones Barchinone factos et factas et etiam faciendos et faciendas per vos et vestros cum consilio majoris partis baronum Cathalonie sicut moris est fieri salvis spetialibus consuetudinibus locorum predictarum terrarum. Et quod in predictis terris Rossilionis Ceritanie Confluentis Vallispirii et de Cauquolibero currat moneta Barchinone et non alia. Retinemus tamen nobis et successoribus nostris quod possimus cudere vel cudi facere absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum in Regno Majorice et insulis eidem adjacentibus monetam et monetas de novo. Item retinemus nobis et successoribus nostris quod in nullo casu possit a nobis vel officialibus nostris vel successorum nostrorum appellari nec etiam per alium modum recurri ad vos dictum dominum Regem Aragonum vel successores vestros salvo quod propter hoc non detrahatur in aliquo hiis que superius et inferius continetur. Item quod nos et successores nostri possimus absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum facere et ponere pedagium et novam leudam in Regno Majorice et aliis insulis eidem adjacentibus salvis libertatibus per predecessores nostros concessis hominibus vestris nisi predicte libertates vel privilegia sint de jure per contrarium usum vel alio modo abrogata. Que tamen

omnia que nobis retinemus volumus et concedimus esse de feudo seu feudis predictis exceptis emptionibus supradictis et aliis per nos alio titulo ut predicitur acquisitis sub forma superius comprehensa. Item cum dictus dominus Rex Majorice avus paternus noster in predictis instrumentis de quibus in principio hujus instrumenti habet mentio retinuisset sibi et successoribus suis bovaticum in predictis terris ita quod dictum bovaticum esset de dicto feudo ut alia supradicta que sibi retinuit exceptis emptionibus supradictis. Et subsequenter prefatus dominus Rex Majorice avus paternus et postmodum prefatus dominus Sanctius Rex patruus nostri remiserit bovaticum ipsum gentibus nostris dictarum terrarum quem ad prestationem dicti bovatici tenebantur ea conditione quod loco dicti bovatici prefate gentes nostre tenerentur dicto domino Regi Sanctio solvere viginti mille librorum Barchinonensium de quibus emerentur mille libre Barchinonenses rendales in alodio quas haberent et reciperent ipse et sui perpetuo loco bovatici supradicti. Recognoscimus tamen quod dictus dominus Rex Jacobus memorie recolende avus vestri dicti domini Petri Regis Aragonum graciose consensit remissioni dicti bovatici et quod non teneretur dictus dominus Rex Sanccius emere dictas mille libras loco bovatici supradicti. Inhibitiones vero seu banna per vos vel successores vestros factas vel faciendas non teneamur nos vel successores nostri servare nisi facta fuerint de consilio et assensu nostro et nostrorum. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis obligamus

vobis dicto domino Regi Aragonum et vestris nos et nostros et omnia bona nostra et juramus per Deum et ejus Sancta IIII evangelia nos Jacobus Majorice Rex superius nominatus et facimus vobis homagium ore et manibus in presenti. Ad hec nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum predictus tenentes nos pro contentis et paccatis cum predictis a vobis illustri Jacobo per eandem Rege Majorice carissimo consanguineo nostro nobis recognitis et concessis per nos successoresque nostros laudamus et approbamus vobis et vestris successoribus perpetuo predictum Regnum Majorice insulas comitatus et terras que a nobis in feudum tenetis sub pactis et conventionibus supradictis. Et promitimus per nos et nostros vobis et vestris juvare valere et defendere vos et vestros et Regnum et terras et comitatus predictos et jurisdictiones vestras et dictarum terrarum que a nobis tenetis in feudum toto posse nostro contra cunctos homines. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis vice versa obligamus nos et nostros et omnia bona nostra vobis et vestris et juramus per Deum et ejus Sancta IIII evangelia et facimus vobis homagium ore et manibus in presenti. Convenimus etiam et retinemus nos dicti Petrus Aragonum Rex et nos Jacobus Rex Majorice quod substitutiones facte in cartis hereditamenti inter nos et nostros per dominum Regem Jacobum bone recordationis abavum nostri dicti Petri Aragonum Regis et proavum nostri dicti Regis Majorice et in testamento ejusdem sint salve et in sua remaneant firmitate salvis hiis que in hoc instrumento continentur. In quorum

testimonium nos Rex Aragonum et Rex Majorice predicti duo consimilia publica instrumenta inde fieri jussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Que fuit acta in Barchinone in Capella majori palacii Regii civitatis ejusdem die sabbati qua computabatur XVI kalendas Augusti anno Domini MCCCXXX nono. Signum ✠ Jacobi Dei gratia Regis Majorice comitis Rossilionis et Ceritanie ac domini Montispesulani. Qui hoc laudamus firmamus et juramus. Signum ✠ Petri Dei gratia Regis Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comitisque Barchinone. Qui hec laudamus firmamus et juramus. Testes hujus rei sunt qui predictis presentes fuerunt incliti domini Infans Petrus Rippacurcie et Impuriarum comes Infans R. Berengarius comes Montanearum de Prades patrui dicti domini Regis Aragonum Infans Jacobus comes Urgelli et vicecomes Agerensis ejusdem domini Regis germanus Reverendus Arnaldus Terraconensis Archiepiscopus et venerabilis frater Ferrarius Barchinone episcopus Guido Elnensis Episcopus frater R. de Impuriis de ordine hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani Bn. Abbas Monasterii Sancte Marie de Arulis nobilis P. de Fonolleto vicecomes Insule Bn. vicecomes Caprarie Johannes de Sono vicecomes de Evolo Berengarius de Vilariacuto Bn. de Sono P. R. de Montebruno legum doctor Poncius de Lupiano majordomus. Sig ✠ num Bn. de Podio predicti domini Regis Aragonum scriptoris et auctoritate Regia notarii publici per totam terram et dominationem suam. Qui predictis interfuit et de mandato dictorum dominorum Regum hec scribi fecit cum

literis rasis et emendatis in linea XXXV ubi dicitur emptionibus supradictis et in linea XLV ubi scribitur publica instrumenta et clausit die et anno quo supra.

Et incontinenti lecta replicatione prefata nobilis Arnaldus de Erillo procurator jam dictus nomine quo supra voluit et requisivit eam in fine premissorum responsioni ac inde sibi eodem nomine fieri tot quot et quociens voluerit publica instrumenta presentibus testibus nobili Galcerando de Bellopodio majordomo venerabilibus Arnaldo de Moraria vicecancellario Johanne Ferdinandi Munionis legum doctore magistro rationali Bn. de Ulzinellis legum doctore thesaurario Roderico Didaci legum doctore ac Petro Despens consiliariis prefati domini Aragonum Regis ad hec spetialiter evocatis. De qua quidem replicatione Raimundus Sicardi scriptor et notarius prelibatus misit copiam seu transumptum dicto Majorice Regi clausam sub suo sigillo per Sanccium de Arrasal cursorem curie serenissimi domini Regis Aragonum supradicti. Qui quidem cursor presente vicecancellario supradicto juravit in posse dicti notarii referre fideliter de presentatione dicti transumpti fienda per eum prefato illustri Majorice Regi et de aliis que circa presentationem contingerent supradictam. Subsequenter autem rediens dictus cursor in presentia vicecancellarii memorati retulit ipsum transumptum dicto Regi Majorice sigillatum ut premittitur tradidisse. Postea vero die martis qua computabatur III nonas septembris anno predicto MCCC quadragesimo secundo Petrus Paschalis presbiter de Perpiniano Elnensis diocesis procurator domini Majo-

rice Regis predicti prout de dicta procuratione fecit ilico promptam fidem cum quadam carta dicti Majorice Regis ejus sigillo cere crocee pendenti in veta regali sigillata ut prima facie videbatur cujus series sic se habet. Jacobus Dei gratia Rex Majorice Comes Rosilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani. Notum facimus universis. Quod cum nobis non est diu in civitate Barchinone existentibus Arnaldus de Erillo asserens se esse procuratorem illustris Petri Aragonum Regis karissimi fratris nostri nobis protestando aliqua requisitiones fecerat indeque requisiverit per Petrum Sicardi fieri publicum instrumentum. Nosque ad illas eo tunc responsiones nostras fecissemus illas requirentes inseri in instrumento fieri requisito post requisitiones nobis factas. Extuntque ut ipse Petrus Sicardi per suas litteras nobis notifficavit dictus Arnaldus nomine procuratorio antedicto ad responsiones nostras replicaverit replicationesque fecerit et ipsi Petro Sicardi tradiderit ipseque Petrus Sicardi quasdam scripturas quas esse asserit copiam dictarum replicacionum per ipsum Arnaldum traditarum nobis miserit. Et nos ad contenta in ipsis scripturis ad dictis replicationibus velimus respondere. Hinc est quod ad respondendum dictis replicationibus nostro nomine et responsiones nostre nomine offerendas et ad ea omnia et singula que circa ea erunt fienda pertinentia decentia necessaria seu etiam opportuna fidelem nostrum Petrum Paschalis presbiterum procuratorem nostrum constituimus per presentes. Dantes et concedentes ei tenore presentium plenum posse ac liberam potestatem

et spetiale mandatum respondendi nostro nomine ac responsiones nostro nomine offerendi et tradendi replicatis per Arnaldum antedictum indeque requirendi fieri per ipsum Petrum Sicardi aut alium publicum instrumentum. Promittentes nostra bona fide regia per presentes nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros quicquid per dictum Petrum Paschalis nostro nomine responsurus traditum et oblatum fuerit ad dictas replicationes respondendo sub ipotheca et obligatione omnium bonorum nostrorum et sub omni renuntiatione juris ad hec quelibet necessaria pariter et cautela. In quorum testimonium presentes in pendenti sigillo nostro quo in talibus utimur fecimus comuniri. Datum Perpiniani penultima die mensis Augusti anno domini MCCC quadragesimo secundo per dominum Regem ad relationem Philipi de Barsano P. Glorie. Presentavit Raimundi Sicardi sciptori et notario supradicto et per eundem legi publice requisivit et fecit responsionem quendam ad premissa scriptam in quodam quaterno papiri per alfabetum diviso ut videbatur cujus quidem responsionis seu quaterni tenor dinoscitur esse talis. Ego Petrus Paschalis presbiter de Perpiniano Elnensis diocesis constitutus ad infrascripta procurator per illustrem dominum meum dominum Jacobum Dei gratia Regem Majoricе ac comitem Rossilionis et Ceritanie ac dominum Montispesulani faciens fidem de mea procuratione exhibendo instrumentum ejusdem procurationis in posse nostri notarii infrascripti presentibus testibus infrascriptis nomine procuratorio ejusdem domini mei Regis Majorice non

tionum quem per alios predecessores dicti domini mei Regis Majorice asseruntur fuisse postea subsequte nec actus occasione illorum postea subsecuti. Quia ut premititur dictus dominus meus Rex successit in dictis cartis ex testamento proavi antedicti. Et quia ut premittitur dictus proavus relinquens omnes dictas terras dicto domino Jacobo et suis remanere integras ordinavit et non videtur integrum quod est in aliquo diminutum. Et quia ut prémittitur dictus proavus voluit atque jussit sic dictas terras remanere sitis dicti domini Jacobi avi dicti domini mei Regis quod non possint diminui nec transmutari in alienum dominium seu transferri. Constat autem asseri ex adversò quod dicte conventiones et renovationes videbantur dirigi ad infeudationem et sic de alienatione et translatione directi dominii dictarum terrarum. Et per consequens ad diminutionem earundem terrarum etiam premissarum. Non adversantur nec perjudicant dicte conventiones et renovationes ex aliis causis et rationibus legitimis atque justis que loco et tempore oportunis coram personis decentibus proponentur. Non adversantur nec perjudicant renovationes dictarum conventionum que asseruntur fuisse per eundem dominum Regem meum Majorice et dictum dominum Regem Aragonum facte. Nec actus occasione illarum etiam subsecuti. Nam loquendo cum honore congruo si ex eisdem renovationibus et predictis aliis conventionibus et renovationibus que per predecessores dicti domini mei Regis Majorice fuisse facte asseruntur dictus dominus Rex Aragonum habuisse in dictis terris jura aliqua et hec

conditionaliter profero ego prefatus procurator dicti domini mei Regis Majorice quia ipsa pono sine perjudicio. Tamen dictus dominus Rex Áragonum salva ejus reverentia non servando quedam per eundem etiam sub proprio juramento et homagio promissa que in dictis renovationibus conventionum predictarum que olim asseruntur fuisse facte transigendo inter illustrem dominum Petrum Regem Aragonum quondam et illustrem dominum Jacobum Regem Majorice quondam continentur amisit ipso jure omnia dicta jura cum dicte conventiones et renovationes ex hiis videantur abolite et revocate penitus ipso jure ut videtur expresse probari per legittimas sancciones. Nam secundum dictarum conventionum seriem dictus dominus Rex Aragonum debebat toto posse suo contra cunctos homines juvare valere et defenderc dictum dominum meum Regem Majorice et suos et Regnum et terras et comitatus predictos et jurisdictiones dicti domini mei Regis Majorice et dictarum terrarum ejusdem domini mei Regis. Constat autem quod anno proximo preterito dictus dominus meus Rex Majorice requisivit dictum dominum Regem Aragonum per suas litteras eidem domino Regi Aragonum presentatas per Raimundum Rubei militem ambaxiatorem et nuntium ad hoc destinatum per illustrem dominum meum Regem Majorice sub hac forma vel consimili in effectu. Quod cum in loco de Sancto Paulo congregati essent quadraginta equites et magna peditum comitiva et ibidem omnes tam pedites quam equites Senescalliarum Carcassone et Tholose deberent congregari et in Montepesulano

tunc congregati essent plures equites et in Aquis mortuis galee in certo numero pararentur ad invadendum sicut dicto domino meo Regi Majorice erat de certo expositum terras ejusdem domini mei Regis requisivit efficaciter dictum dominum Regem Aragonum quatenus incontinenti juvaret valeret et defenderet per terram et per mare cum toto posse suo dictum dominum meum Regem et etiam terras ejus ut de hiis constat per instrumentum publicum quos exhibebitur coram personis decentibus loco et tempore opportunis Constat autem quod dictus dominus Rex Aragonum nullum juvamen dicto domino meo Regi Majorice prestitit in predictis. Et licet dicti equites et pedites in dicto loco de Sancto Paulo congregati non agressi fuerint dictas terras tamen ad egrediendum erant parati set non agressi fuerint mutantes propositum quia dictus dominus meus Rex Majorice cum equitum et peditum comitiva accesit ad locum de Solerio et de Podiliano ad resistendum predictis si terras ipsius invasissent ut facere proponebant. Nos dictus dominus Rex Aragonum in juvando debuit predictorum equitum et peditum congregatorum agressionem expectare. Quia melius est ante tempus occurrere quam post causam vulneratam remedium postulare. Et quia in defensionem sufficit terror armorum nec habet in renditione agressio expectari maxime quia dictus dominus Rex Aragonum fuit requisitus ut incontinenti juvaret valeret et defenderet ut est dictum. Preterea constat quod dictus dominus meus Rex Majorice requisivit dictum dominum Regem Aragonum per suas litteras datas Perpiniani XI

seu bellum indicere contra dictum dominum Regem Francie pro dictis suis omnibus et singulis juribus recuperandis requisivit efficaciter dictum dominum Regem Aragonum quatenus ad juvandum valendum et deffendendum ipsum contra dictum dominum Regem Francie et ejus gentes et valitores nec non ad recuperandum vicecomitatus Omeladesii et Carladesii et deffendendum comitatus Rossilionis et Ceritanie esset cum toto posse suo quod in tanta guerra et in tanta deffensione considerata magna potentia dicti domini Regis Francie necessarium existebat in Comitatu Rossilionis prima die mensis marcii tunc proxime venientis. Considerans idem dominus meus Rex Majorice quod tunc procederet ad incidendum dictam guerram et quod tunc existens roboratus posse dicti Regis Aragonum et non ante expediebat sibi procedere ad indicendum dictam guerram pro predictis juste ut premititur peragendam ut hec liquent per publicum instrumentum quod exhibebitur coram personis decentibus loco et tempore opportunis. Constat autem et existit notorium quod dictus dominus Rex Aragonum non fecit postea predicta de quibus fuit efficaciter ut premititur requisitus. Nec dictum dominum Regem Aragonum salva ejus reverentia possunt a predictis requisitis excusare quedam rationes per ipsum proposite quando de predictis fuit iterato requisitus per alias literas dicti domini mei Regis Majorice ipsi domino Regi Aragonum per dictum Raimundum Rubei militem presentatas in quibus etiam literis dictus dominus meus Rex Majorice asserebat se persistere in requisi-

tionibus memoratis per quasquidem rationes dictus dominus Rex Aragonum asseruit se non teneri in dicto casu ad egrediendum vel etiam deffendendum nam salva reverencia dicti domini Regis Aragonum in dictis rationibus per ipsum propositis continentur multa contraria veritati et juri vel alias ostendetur cum locus erit coram personis decentibus et loco et tempore opportunis maxime quia inter illustrem dominum Jacobum Regem Aragonum quondam predecessorem dicti domini Regis Aragonum et illustrem dominum Jacobum Regem Majorice quondam predecessorem dicti domini mei Regis Majorice circa declarationem juvaminis et valentie et deffensionis et interpretationem dictarum conventionum quem olim asseruntur fuisse facte transigendo inter illustrem dominum Petrum Regem Aragonum quondam et illustrem dominum Jacobum Regem Majorice quondam fuit transigendo ut a lite incepta discederetur conventum per ipsos et eorum successores quod ipsi et sui successores ad quamcumque alterius eorum vel suorum successorum requisitionem haberent mox omni excusatione remota se ad invicem juvare valere et deffendere toto posse suo ubicumque quandocumque et quocienscumque et quocumque modo quascumque personas terras vel loca in mari vel in terra alter eorum vel successorum suorum invadere voluerit vel contra easdem pecierit deffendi non obstante quod hujusmodi invasio seu deffensio sit aut dicatur per unum de eis vel successoribus suis procurata vel sine consilio et voluntate alterius eorum super hoc requisiti vel injuste et injuriose disposita or-

dinata vel quovismodo incoata sicut tempore guerre illustris Regis Francie fuit allegatum nisi tales essent juris et justicie quod de eis jam per determinationem Romane Ecclesie manifeste liquide constaret ut hec patent per instrumentum publicum quod exhibebitur coram personis decentibus loco et tempore opportunis cujus tenor inferius est adjectus.

Quare quamvis dictus dominus Rex Aragonum in dictis rationibus per eum propositis asseruit contra veritatem et jus salva ejus reverentia quod predicta petita per dictum dominum meum Regem Majorice a dicto domino Rege Francie erant injusta et injuriosa tam certum est quod per determinationem Romane Curie non constabat liquide quod essent injuriosa et injusta. Et ideo dictus dominus Rex Aragonum salva ejus reverentia valere juvare et defendere ut requisitus extitit dictis rationibus per eundem propositis non obstantibus tenebatur. Et quia non fecit dicte conventiones que olim asserunt fuisse facte transigendo inter illustrem dominum Petrum Regem Aragonum quondam et illustrem dominum Jacobum Regem Majorice quondam et omnes predicte renovaciones earundem fuerunt abolite et revocate penitus ipso jure. Et sicut dictus dominus Rex Aragonum amisit ipso jure omnia jura que ex dictis conventionibus et renovationibus habuisset sique tamen habere modo aliquo potuisset. Verum ego dictus procurator dicti domini mei Regis Majorice addens predictis per me propositis pro intentione dicti domini mei Regis fundanda dico loquendo tamen cum reverentia opportuna quod si ex dictis con-

predicta omnia non servare talis non solum notetur infamia verum etiam actionibus quibuscumque privatus et sic ipso jure omnibus juribus careat et emolumentis et ex conventionibus per predecessores eorum factis et initis et per eos tunc renovatis et per successores suos renovandis quantumcumque sacramentis et homagiis vallatis et per universitates eorum et nobiles baronesque ut inter vos conventum et approbatum fuit consecutus. Itaque omnia illius mox et sic jure ipso jura et comoda deputentur et ipsorum vel successorum suorum qui intimerata illius transactionis conventionis declarationis seu pacti jura servaverit ut hec patet per dictum instrumentum publicum cujus tenor inferius est adjectus. Unde evidenter concluditur ex predictis et ex aliis causis et rationibus legittimis atque justis quem loco et tempore opportunis coram personis decentibus proponentur quod posito sine perjuditio quod ex sepedictis conventionibus quem asseruntur fuisse facte transigendo inter dictum dominum Petrum Regem Aragonum quondam et dominum Jacobum Regem Majorice quondam et ex aliis renovationibus eorundem post ea subsecutis dictus dominus Rex Aragonum habuisset in dictis terris dicti domini mei Regis Majorice aliqua jura et emolumenta et comoda idem dominus Rex Aragonum ipso jure illis omnibus privatus extitit ut est dictum. Et sic dictus dominus meus Rex Majorice ipso jure ab omnibus obligationibus liberatus extitit posito sine perjuditio quod fuisset astrictus obligationibus aliquibus et sic persona sua regia ab omni macula et suspitione macule ex-

Regem Aragonum ut partem que in eodem juditio littigaret. Nec etiam posset de illis cognosci per curiam dicti domini Regis Aragonum quia posito sine perjuditio quod esset talis causa que ex sui natura haberet per pares dicte Curie judicari. Tamen constat quod in dicta Curia dicti domini Regis Aragonum non sunt Reges pares dicto domino meo Regi. Et ideo haberet cognoscere beatissimus dominus noster Papa justicie et ceteris virtutibus insignitus quia tanta in eo gratia Dei floret qui judex inter Reges esse dinoscitur et a jure etiam approbatur. Maxime quia si fieret de predictis cognitio haberet etiam cognosci an dicte conventiones que asseruntur fuisse facte transigendo per dictum dominum Petrum Regem Aragonum quondam et per dominum Jacobum Regem Majorice quondam et renovationes earundem conventionum que asseruntur post ea fuisse subsecute valere possint et perjudicare dicto domino meo Regi. Quare convenitur ex omnibus ante dictis quod dicta citatio que asseritur fuisse facta per dictum dominum Regem Aragonum non valet nec illa citatio perjudicat dicto domino meo Regi et quod requisita per dictum dominum Regem Aragonum et requisita et replicata per dictum Arnaldum Erillo se et asserentem esse procuratorem dicti domini Regis Aragonum non adversantur nec perjudicant dicto domino meo Regi Majoricarum respondenti ut supra dicitur congrue atque juste. Et predicta omnia ego procurator predictus post quascumque responsiones vel replicationes fiendas in predictis ab inde in antea pro parte dicti domini Regis Aragonum nunc

cobo Regi Majorice karisimo patruo nostro juvare valere et defendere vos et vestros successores et regnum terras et comitatus et jurisdictiones vestras et terrarum vestrarum quas a nobis tenetis in feudum toto posse nostro contra cunctos homines de mundo. Et cum super hiis exortum fuerit odium et guerra subsecuta ac terrarum nostrarum discipatio eo quod ad requisitionem domini Petri Regis Aragonum quondam patris nostri dicti Jacobi nunc Regis Aragonum vos dictus Jacobus Rex Majorice patruus noster tempore quo dicebatur quod illustris Rex Francie parabat se ad veniendum contra eum et terram Cathalonie valere juvare et defendere recusastis pretendentes quod in illo casu non tenebamini ad hec cum guerra illa esset guerra ecclesie quam ipse injuste et injuriose et sine consilio et voluntate vestra sibi procuraverat invadendo Regnum Sicilie quod erat patrimonium ecclesie et sic per pacta illa vel conventiones generales que erant inter vos et ipsum ad ipsum invadendum non eratis astrictus ne similis dissensio in futurum per predicta valeat oriri et aliter que ex hoc fuit incepta discedere volentes. Nos Reges Aragonum et Majorice predicti per nos et nostros successores in hunc modum transigendo convenimus et conveniendo per hunc modum declaramus quod nos et successores nostri ad quamcumque alterius nostrum vel successorum nostrorum requisitionem habeamus mox omni excusatione remota nos ad invicem juvare valere et defendere toto posse nostro ubicumque quandocumque et quocumque modo quascumque personas terras vel loca in mari vel in terra alter

aliquo vel tueri. Adicientes quod si etiam aliquod privilegium nobis vel nostrum alteri vel successorum nostrorum ultra concederetur per quod liceret nobis vel alteri nostrum seu successorum nostrorum venire contra predicta vel aliquod predictorum illo privilegio promittimus nos sub sacramento et homagio non usuros. Et si contigeret quod absit aliquem nostrum vel successorum nostrorum quacumque causa occasione ratione vel quovis casu in predictis vel aliquo predictorum deficere et predicta omnia non observare tale non solum notetur infamia verum etiam actionibus quibuscumque privatus omnibus juribus careat et emolumentis que ex conventionibus per predecessores nostros factis et initis et per nos hodie renovatis et per successores nostros renovandis quantumcumque sacramentis et homagiis vallatis ac per universitates nostras et nobiles barones ut inter nos conventum est approbatis fuerit consecutus. Itaque omnia illius mox jura et comoda deputentur ei nostrum vel nostrorum successorum que intemerata presentis transactionis conventionis seu pacti jura servaverit. In cujus rei testimonium nos dicti Reges Aragonum et Majorice hoc presens publicum instrumentum sigillorum nostrorum appensione duximus roborandum. Actum est hoc in Castris propre Argilers Elnensis diocesis in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli videlicet III kalendas julii anno Domini MCCXCVIII.

Signum ✠ Jacobi Dei gratia Regis Aragonum predicti qui hec concedimus laudamus et juramus et

Garriga habitatore Valencie Bernardono de Turri scriprore et Raimundo Petri de Fariza ad hoc spetialiter evocatis.

Subsequenter autem videlicet die martis III nonas septembris anni MCCC quadragesimi secundi. Raimundus Sicardi scriptor et notarius prelibatus intimavit proximedictam responsionem nobili Arnaldo de Erillo procuratori prefato et dedit sibi copiam de eadem. Et continuo idem procurator sibi deliberationem retinuit super ea. Presentibus testibus ad hoc vocatis nobilibus Nicolao de Jamuilla comite Terrenove ac Galcerando de Bellopodio majordomo consiliariis domini Regis Aragonum sepefati. Postquam die dominica paulo post horam vesperorum qua legebatur III kalendas octobris anno prefato MCCC quadragessimo secundo in dicta civitate Barchinone videlicet in hospitio ubi venerabilis Arnaldus de Moraria vicecancellarius supradictus hospitabatur Filippus de Monterusso procurator substitutus a nobili Arnaldo de Erillo procuratore prefato et habens ad subscripta plenariam potestatem cum publico instrumento facto in posse R. Sicardi scriptoris et notarii sepedicti pridie nonas septembris ejusdem anni prout de dicta procuratione consfat per dictum publicum instrumentum fuit nomine procuratorio dicti domini Regis Aragonum ad premissa et per dictum notarium legi publice fecit replicationem quendam scriptam in quodam quaterno papiri continentie subsequentis.

Ad responsa et proposita per Petrum Paschalis asserentem se procuratorem illustris Regis Majorice res-

de jure cum sit jure notorium quod dominium et monarchia seu principatus domini Regis Aragonum tantam diminutionem divisionem alienationem seu sectionem pati de jure non potuit cum Regna uni imperio subjecta et unita de jure inter filios etiam non possint dividi nec unum a majori imperio separari presertim cum dictus dominus Rex Jacobus abavus dicti domini Regis Aragonum in coronatione sua ut est juris et moris jurasset non alienare vel dividere Regna sua et jura Regnorum intacta et illibata servare sicquod dicti Regni Majorice et aliarum terrarum infra principatum Cathalonie sistentium alienatio contra prefatam dispositionem juratam et jura nulla existit ipso jure ut et clare ostendi potest et ostendebatur et ostensum fuit quando conventiones inter dominum Regem Petrum proavum domini Regis Aragonum et illustrem Regem Jacobum avum dicti Regis Majorice facte fuerunt ad quarum observationem dictus Rex Jacobus ne totum de jure procederet se obligavit et se et successores suos juramento et homagio astringi voluit et teneri et hoc etiam ex allegatione dicti Petri Paschalis ubi in hoc casu locum haberet quod non fateor colligitur satis clare dum allegare nititur quod dicte conventiones videntur fuisse facte ad alienationem seu diminutionem et sic concludere nititur eas non valere quia multo minus alienari dicte terre seu separari a dominio Regis Aragonum potuerunt et quia non poterunt deventum fuit ut prefertur ad conventiones pretactas que ut sepius est jam dictum fuerunt et sunt par dictum Regem Majorice pluries ju-

servari seu non valere quod quantum discrepet a jure divino et humano nemo est qui ignoret. Dico insuper non esse verum immo est expresse contrarium veritati ut per rei evidentiam clare et notorie patet et realiter ostendetur quod dominus Rex Aragonum non servaverit premissa per eum presertim que servare promiserit proprio jure vel homagio et per consequens dici non debet nec potest ipsum propterea jura sua amisisse sed est verum et facti notorium quod dictus Rex Majorice non servavit nec servat premissa ut superius est ostensum ad quem tamen servanda jure et homagio propriis est astrictus et si quia premissa non fuerunt servata nec servantur dici potest jura alicujus fuisse amissa dici habet quod non dominus Rex Aragonum qui servavit et servat premissa. Set Rex Majorice qui non curavit nec curat servare premissa immo manifestam rebellionem fecit et facit denegando juris firmam et alia ad quem astrictus est. Et quod intolerabile est feudum inficiando amisit jura que habebat ex conventionibus supradictis et legittime sanctiones hoc roborant et non dent contrarium quicquid per dictum Petrum Paschalis allegetur. Dico insuper quod si dictus dominus Rex in rebellione quam idem Rex Majoricarum intendit facere contra Regem Francorum denegasse valençam dicto Regi Majorice guerram indicere non poterat cum dictus Rex Francie ad impositionem manus Regie in Montepesulano et ejus baronia et vicecomitatibus Ómeladesii et Carladesii juxta consuetudinem antiquam sui regni pretextu dicte rebellionis juste et legittime processisse ut patere potest per

date sint in juris facti et rationis veritate nec continent aliquid contrarium veritati. Ad id vero quod allegatum est per dictum Petrum Paschalis quod inter dominum Regem Jacobum avum predecessorem domini Regis Aragonum et illustrem Regem Jacobum avum et predecessorem dicti Regis Majorice fuit ut asserit transigendo conventum quod ipsi et sui successores ad quamcumque alterius eorum vel suorum successorum requisitionem haberent mox omni excusatione remota se ad invicem juvare valere et deffendere etiam ad invadendum non obstante quod hujusmodi invasio seu deffesio sit aut dicatur per unum de eis vel successoribus suis injuste vel injuriose deposita ordinata vel quovis modo inchoata nisi de injusticia seu injuria per determinationem Romane ecclesie constaret in qua etiam conventione asserit dictus Petrus Paschalis fuisse adjectum quod si contigeret aliquem eorum vel successorum suorum quacumque causa occasione ratione vel quovis casu in predictis vel aliquo predictorum defficere talis non solum notetur infamia verum etiam accionibus quibuscumque privatus omnibus juribus careat et emolumentis dictarum convencionum etc. propter que dictus Petrus Paschalis nititur concludere quod quia dominus Rex Aragonum non fecit ut ipse Petrus Paschalis dicet valenciam dicto Regi Majorice contra dictum Regem Francie amisit omnia jura feudalia et per consequens dictus Rex Majorice liberatus fuit et est ut asserit ab omnibus conventionibus et renovationibus quibus dicto domino Regi teneretur etiam juramento et homagio roboratis ut de hiis constare asseruit per publicum ins-

ta et si dicta scripta seu instrumentum verum fuisset seu esset non tanto tempore ut prefertur sub silentio pertransisset nec dictus illustris Jacobus Rex Majorice bone memorie in guerra quam habuit contra nobilem comitem Fuxensem quondam de justitia ipsius guerre informasset dictum dominum Jacobum Regem Aragonum memorie recolende qui fecit sibi valenciam juxta dictas conventiones si in guerra etiam justa valenciam sibi facere fuisset astrictus quam informationem dictus dominus Rex Aragonum utpote princeps justus habere voluit sicut decuit et decebat et a tempore quo dictum instrumentum fuisse dicitur fabricatum non tamen tempus effluxit usque ad dictam guerram quin dicti Reges potuissent habere memoriam de eodem si verum fuisset seu esset. Dico insuper et assero ego procurator substitutus predictus quod posito sine perjuditio quod dictum instrumentum verum existeret quod non fateor imo id expresse nego. Adhuc tamen est juris notorium quod talis conventio utpote contra bonos mores et turpe et illicitum in se continens non valeret nec jure divino canonico vel civili quamvis enim hujusmodi pactum ex certa scientia foret sub modis formis promissionibus et cautionibus in dicta scriptura contentis conceptum et a partibus secundum veritatem firmatum et juramento et alias vallatum nullo modo esset servandum cum per actum illud sit ut dixi illicitum manifestam iniquitatem continens et peccatum mortale et ideo magis fuisset perjurium quam juramentum et per consequens ipsum servare esse peccatum mortale. Constat enim quod inferre in-

nam et legem nature nullo modo esset servandum imo tale pactum facere et ipsum jurare esset evidens peccatum et perjurium. Nec in hoc est expectandum judicium Summi Pontificis vel ecclesie nam predicta precepta tam legis divine quam nature sunt impressa menti humane propter quod nullus se potest si faciat contra ea per ignorantiam excusare nam etiam gentes que legem non habent predicta precepta observare dicente Apostolo quod cum gentes que sine lege sunt opus legis faciunt ostendunt opus legis esse scriptum in cordibus eorum. Et licet ubi non esset certum quod guerra esset injusta vel justa sed esset dubium excusarentur indubie subditi moventis guerram propter obedientiam quam tenentur in dubio suis dominis obedire non tamen ratione talis dubii excusarentur valitores qui non sunt subditis moventi bellum vel guerram imo in dubio mortaliter peccarent exponentes se sine necessitate periculo et discrimini peccati mortalis sicut enim exponens se scienter et sine necessitate et sine merito periculo mortis corporalis peccat mortaliter ita et multo magis qui exponit se scienter et sine necessitate periculo peccati mortalis quod est mors anime que tanto magis est vitanda quanto anima nobilior est corpore ex quibus resultat et concluditur quod cum dominus Rex Aragonum non sit vassallus nec subditus Regi Majorice sed potius e converso non teneretur ex dicto pacto etiam si in vero subsisteret quia ipsum observando peccaret. Et ex eisdem patet quod si idem dominus Rex Aragonum dixit quod petita per Regem Majorice contra Regem Francie erant

dico quod esto quod absit quod ipso jure dominus Rex Aragonum amisisset jura sua cujus contrarium verum est tamen ante sententiam seu declarationem que necessaria esset etiam secundum canonicas et legitimas sanctiones Rex Majorice nullatenus se potest excusare quin inciderit in penas pretactas. Ad id vero quod allegatur quod si cognosci haberet de predictis quod per pares curie et quia non sunt per dominum Papam haberent cognosci. Respondeo quod ad judicium domini Pape cujus personam sanctissimam fateor et recognosco justitia et aliis virtutibus quamplurimum insignitam ut jam per dictum nobilem Arnaldum de Erillo extitit supra responsum cetera vero nego ut ponuntur presertim cum juxta dictos usaticos et constitutiones Cathalonie ubi et coram quo et quando fieri debeat hujusmodi cognitio diffinitio sit et taliter et quod constat allegata predicta per dictum Petrum Paschalis nec procedere nec habere locum hoc casu. Ex premissis igitur concludo quod citatio tenuit et valet et quod quia Rex Majorice non comparuit fuit legitime reputatus contumax et propterea contra eum ut contra contumacem et quia firmare de directo noluit et etiam feudum denegavit et denegat potuit et potest juste dictus dominus Rex Aragonum contra ipsum Regem Majorice et ejus terras subditos et eorum bona procedere prout sibi licet juxta dictos usaticos et constitutiones et alias. Et premissa omnia et singula dico ego procurator substitutus jam dictus protestando de omnibus juribus domini Regis Aragonum prout melius ad utilitatem suam protestari valeat de eisdem

mo de Morària scriptore dicti domini Regis Berengario de Rajadello stipendiario insule Sardinie Francisco de Podio mercatore Barchinone et Michaele Gasconis notario ad hec spetialiter evocatis.

—

Postmodum cum die dominica IIII mensis madii anno Domini MCCCXLIII fuissent presentate predicto domino Regi quedam litera et quoddam publicum instrumentum ex parte Isnardi de Glaneves militis domini castri de Coreis vicarii Regii civitatis Massilie nec non Generalis ipsius civitatis Consilii. Idem dominus Rex mandavit et voluit eorum tenores in presenti processu inseri qui sunt tales.

Illustrissimo Principi et domino Petro Dei gratia Aragonum Regi Valencie Sardinie et Corsice Comitique Barchinone. Isnardus de Glaneves miles dominus Castri de Coreis vicarius regius civitatis Massilie et Generale ipsius civitatis consilium. Recomendationem humilem pronis mentibus et capitibus inclinatis. A celsitudine vestra literas per cursores vestros nobis illatas hodie recepimus reverenter. Ad quarum effectum per instrumentum publicum ad decus vestrum et reverentiam et juxta veritatis judicium ipsis vestris cursoribus assignatum. Magestati vestre responsionem

percurrentis assertio quam aliquorum relatio noviter pertulerunt. Quod in civitate Massilie et locis maritimis dicti comitatus Provintie paratur noviter armatum navigium galearum cui prout veresimili conjectura presumitur inclita Regina Sancxia illustris Regis Roberti bone memorie patrui nostri magni relicta et quidam alii causam prebent. Ad hoc ut Rex Majorice nobis rebellis ac publicus hostis noster contra quem gentes et terras suas executionem justitie facimus predicti navigii fultus auxilio possit executionem ipsam impedire pro viribus et contra nos et gentes nostras suos hostiliter exercere conatus. Verum cum inter progenitores et predecessores dicti Regis Roberti et nostros per se et successores ad invicem vestrorumque pacis federa de assensu domini Bonifacii Pape octavi ac ipsius Sedisque Apostolice auctoritate ac robore olim firmata fuerint et inita et predicta si fierent pacem ipsam proculdubio violarent quod numquam per dictum Regem Robertum fuit permissum imo expresse dicte Regine prohibitum cogimur nec inmerito admirari si in dicto comitatu seu terris aliis dicti Regis ad talia procedatur cum nullam sciamus causam propter quam dicta pax hactenus inconcussa servata debeat interrumpi. Cum autem pacem ipsam intendamus inviolabiliter observare nisi ex adverso quod absit ad contrarium provocemur. Prudentiam vestram attente requirimus et rogamus quatenus nobis per vestras significetis literas si premissa veritatis robore fulciantur quod si veritate nitantur considerantes provide quam gravia scandala personarum pericula rerumque dispendia possent ex

de Alluto thesaurarii ut asseruit domini Regis Majorice decem galeas eorum armatas naulizaverant ipsi thesaurario ad serviendum ipsi domini Regi Majorice. Et quia consilium et universitas dicte civitatis Massilie merito perorrebant ne dictum servitium fierat seu prestaretur contra dictum dominum Regem Aragonum seu honorem suum fieri fecit ipse dominus vicarius ad requisitionem predictam dicte universitatis Massilie optantis pacem et benivolentiam dicti domini Regis Aragonum et suorum cum domino nostro et fidelibus celsitudinis nostri domini Jherusalem et Sicilie ut preonizationes in hac civitate Massilie publice semel secundo et tertio multum artas cum penarum adjectionibus grandium contra ipsos patronos et gentes pro ipso suspicato et formidando servicio contra ipsum dominum Regem Aragonum quod absit prestando assolditas ne ad ipsum servicium per mare vel per terram accedant sub pena corporis et averis quinimo patronos ipsos fecit ipse dominus vicarius infra palatium regium ubi adhuc inclusi tenentur personaliter detineri et timones et vela fecit de eorum galeis elevari et in posse curie poni. Aditiens in responsione predictorum quod in predictis ipse dominus vicarius perseverare intendit et vult ad honorem domini nostri Jherusalem et Sicilie et suorum fidelium et observationem et integritatem pacis et concordie supradicte. Et dictum consilium seu consiliarii ac providus vir Petrus de Argileriis tanquam sindicus et sindicario nomine universarum et singularum personarum civitatis predicte Massilie nomine suo et Guillermi de Mausaco et Rai-

meo signavi ac sigillo curie regie dicte civitatis in pendenti sigillavi ✠.

—

Deinde die sabbati intitulata VI idus madii anno Domini MCCCXLIII. Cum dominus Rex habita deliberatione cum baronibus militibus et sindicis universitatum civitatum et villarum terre sue proposuisset accedere ad partem Majorice pro apprehendendo ad manus suas et realiter emparando virtute processus predicti Regnum Majorice insulas Minorice et Evice et alias eisdem adjacentes recollegit se cum gentibus sui felicis stolei in galeis quas ad opus dicte executionis fecerat preparari recedendo inde et viam suam tenendo usque ad caput vetus Lupricati ubi expectare proposuerat totam classem navium lemborum et aliorum vassellorum cum quibus ad dictas partes accedere intendebant.

Preterea congregata in dicto capite veteri tota clase tam galearum quam navium seu lemborum et aliorum vassellorum dominus Rex cum toto suo felici stoleo recessit inde die dominica inmediate sequenti intitulata XV kalendas junii anno proxime dicto dirigendo viam suam versus partes Majorice.

ac galeis dicti portus junctis homines dicte insule qui erant in terra prohicientes lapides jacula et quadrellos et alias debellando contra dictum dominum Regem et gentes suas conabantur totis eorum viribus resistere eidem domino Regi et gentibus suis dicti stolii ne terram ibidem apprehenderent sed ipsorum resistentium conatibus superatis vi et potentia dicti domini Regis et dictarum gentium sui stolii idem dominus Rex cum ipsis gentibus suis terram ibidem apprehendit.

Qua apprehensa equites et pedites in terra existentes ut premititur pro resistendo predicto domino Regi et ejus felici stoleo ut devicti et superati fugierunt versus civitatem Majorice gentibus dicti domini Regis Aragonum eos insequentibus et fugantibus. Et tunc comuniter dicebatur tam per gentes dicti domini Regis quam etiam per aliquos de parte Regis Majorice qui dicte resistentie interfuerunt et qui capti fuerant per gentes dicti domini Regis Aragonum quod dictus Majorice Rex presens fuerat dicte resistentie cum armis equitibus et exercitibus insule supradicte et quod erat inter dictos fugientes. Quibus prehabitis dictus dominus Aragonum et gentes sue fixerunt tentoria sua in loco de Pegaria.

—

Postmodum die martis inmediate sequenti intitulata

prenominatis nunciis quod cum dicta littera credentiam contineretur explicarent sibi credentiam memoratam ac causam sue ambaxiate. Qui quidem nuncii ex parte dictorum juratorum et proborum hominum Majorice retulerunt ipsi domino Regi quod dicti jurati et probi homines valde mirabantur quare prefatus dominus Rex cum armata et exercitu suis agressus fuerat Regnum Majorice et gentes sue desraubabant et dampnificabant gentes Majorice. Et quod ob hoc dictos suos nuncios miserant domino Regi prefato ut scirent causam clarissime predictorum. Et idem dominus Rex incontinenti respondit verbotenus nunciis antefactis quod pro executione justitie apulerat et agressus fuerat dictum Regnum. Cum enim illustris Jacobus Rex Majorice in terris feudalibus quas habebat in Cathalònia sub principatu ejusdem domini Regis Aragonum fecisset cudi monetam et fundi et conflari monetam argenteam prefati domini Regis que ab ipso intacta debuerat permansisse et ex hoc citatus litteratorie a dicto domino Rege coram ipso comparere ac firmare de directo in civitate Barchinone die sibi ad hoc juxta consuetudines Cathalonie et usaticos Barchinone prefixa contumaciter recusasset fuissetque ex hoc a prefato domino Rege pro tribunali in aula sua civitatis Barchinone sedente contumax reputatus. Postquam cum assecuratus a dicto domino Rege venisset Barchinonam noluisset super premissis de directo firmare licet legittime requisitus. Quinimo feudum quod ab eo tenebat dicto domino Regi totaliter denegavit propterque prefatus dominus Rex ad occupationem et appre-

ribus dicti domini Regis de non juvando et defendendo prefatum Majorice Regem contra dictum dominum Regem Aragonum ex quo pacta et conventiones comprehensas in infeudatione facta per predecessores dicti domini Regis predecessoribus Regis Majorice infrinxerant secundum superius ennarrata ipsi domino Regi totaliter observarent prout facere tenebantur alias idem dominus Aragonum Rex scire volebat ipsos juratos et universitatem Majorice quod securis erat posita ad radicem et omnino proponebat suum viriliter et potenter continuare processum contrà dictam universitatem Majorice et singulares ejusdem in personis et bonis si se ulterius defenderent aut rebellionem quamvis amodo comitterent contra ipsum. Verumtamen fuit pro parte dicti domini Regis ipsis nunciis explicatum quod ipse cum veritate ac justicia processerat in premissis et ubi posset sibi statum ostendi de contrario licet expendisset occasione dicte executionis quadringenta milia florenos auri paratus erat de presenti cum toto suo exercitu recedere et in Cathalonia remeare non tamen ex hoc volebat novos subire tractatus. Dicti vero nuncii auditis omnibus supratactis et cum diligentia intellectis dixerunt ipsi domino Regi quod de premissis omnibus fidelem relationem facerent dictis juratis ipsisque traderent informationem et litteras memoratas. Et continuo fuerunt ipsis nunciis pro parte dicti domini Regis tradite informatio et littere supradicte dictis juratis ut pretangitur presentande. Quarumquidem litterarum series sic se habet.

a Sarracenorum faucibus eripuisset potenter et victoriosissime conquisivisset et principatu et Cathalonia atque suis Regnis et Imperio univisset successu temporis donavit prius inter vivos et postea in suo ultimo testamento legavit dictum Majorice Regnum cum dictis insulis nec non comitatus Rossilionis et Ceritanie terras Confluentis Vallispirii et Cauquiliberi Montem Pesulanum cum sua baronia et vicecomitatus Carladesii et Omeladesii cum suis juribus inclito infanti Jacobo filio suo secundo genito herede universali relicto in regnis Aragonum Valentie et comitatus Barchinone inclito domino infante Petro ejus primogenito qui in omnibus Regnis et imperio domus Aragonum insolidum ut primogenitus debebat succedere de jure et antiquissima consuetudine dicte domus. Quibus quidem donationi et legato idem dominus Infans Petrus in vita dicti domini genitoris sui expresse contradixit et de jure suo et regni fuit protestatus cum publicis instrumentis primo in secreto propter timorem et reverentiam paternalem et denuo publice et patenter. Postea vero dicto domino Jacobo Rege Aragonum viam universe carnis ingresso dictus dominus Infans Petrus in Regem Aragonum coronatus habito maturo consilio et digesto et deliberatione plenaria cum magne reputationis doctoribus et peritis invenit de jure quod divisio seu seccio per dictum dominum Regem Jacobum genitorem suum de dictis Regno Majorice et terris prenominatis cum cederet in enorme prejuditium et notoriam lesionem corone Regie et rei publice non valebat et propterea peciit dictum Regnum et terras reintegrari canonicatui

tum dominum Regem Petrum guerra valida suscitata prefatus Jacobus Rex Majorice in dicta guerra jamdicto Regi Francorum adhesit et contra dictum dominum Regem Petrum fratrem et dominum suum, pro viribus insurrexit propter quod dominus Rex Alfonsus felicis memorie heres dicti domini Regis Petri civitatem Majoricarum et Regnum ejusdem cum dictis insulis apprehendit et ad dominium et manus suas recepit potenter et per aliqua tempora tenuit et ad dominium et manus suas recepit potenter et per aliqua tempora tenuit et possedit. Postmodum autem interveniente Sanctissimo Papa domino Bonifacio octavo et de mandato voluntate et tractatu ejusdem facta pace perpetua inter excellentes principes Philipum Francie et Carolum Sicilie Reges Illustres et Inclitum Carolum Vallesii et Alançonis comitem dicti Regis francorum germanum et dictum Jacobum Majoricarum Regem ex una parte et dominum Regem Jacobum heredem et successorem dicti domini Regis Alfonsi ex altera. Et acto expresse in tractatu dicte pacis quod dictum Regnum Majoricarum cum prefatis insulis restitueretur dicto Illustri Jacobo Regi Majoricarum quod infeudatio dictorum Regni Majoricarum comitatuum et vicecomitatuum et terrarum predictarum et conventiones in ea conserte renovarentur et juramento et homagio firmarentur fuit facta dicta nova infeudatio et renovatio cum instrumento publico continentie subsequentis.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Notum sit universis hu-

bonum pacis dictam ordinationem servare et eidem in omnibus et per omnia adhèrere et eam plene et integre in omnibus et singulis suis partibus adimplere sequi et inviolabiliter observare dictasque conventiones contentas in dicto instrumento juxta formam prelibatam renovare ad renovationem earumdem conventionum in modum procedimus infrascriptum. Nos itaque Jacobus Dei gratia Rex Majorice predictus gratis et ex certa scientia ac spontanea voluntate per nos et omnes successores nostros recipimus a vobis domino Jacobo Rege Aragonum predicto karissimo nepote nostro et successoribus vestris Regibus Aragonum in feudum honoratum sine omni servicio sub forma tamen infrascripta totum predictum Regnum Majorice cum insulis Minoricarum et Eviçe et aliis insulis adjacentibus eidem Regno et omnes predictos comitatus et terras Rossilionis Ceritanie et Confluentis et Vallispirii et Cauquiliberi. Item sine prejuditio juris alieni recipimus in feudum a vobis et vestris secundum modum superius et inferius comprehensum vicecomitatum Omeladesii et vicecomitatum de Carladesio cum omnibus villis et castris eorundem vicecomitatuum et omnia etiam castra villas et loca quecumque pro alodio habemus in terris Montispesulani et dominatione et terminis ejusdem. Et generaliter omnia alia quecumque habemus seu habere debemus ubicumque sint cum militibus scilicet hominibus feudis jurisdictionibus et dominationibus universis sive illa teneamus ad manum nostram sive alii teneant pro nobis in feudum exceptis feudis quem tenebamus ab Episcopo et Ecclesia Magalone.

heredes vel successorcs nostri firmare jus vobis et vestris in posse vestro et vestrorum et semel quolibet anno cum fuerint requisiti ire ad curiam vestram et vestrorum in Cathalonia nisi tunc quando fuerint requisiti fuerint dicti heredes et successores nostri in Regno Majoricarum. Nos vero in vita nostra non teneamur vobis facere homagium nec dare potestatem nec ire ad curiam vestram nec firmare directum nec constitutiones de novo faciendas per vos vel vestros observare. Promittimus tamen nos et nostri et ad hoc de presenti nos et successores nostros obligamus quod jubemus valeamus et defendamus vos et successores vestros cum toto posse nostro contra cunctos homines de mundo. Item promittimus per nos et nostros servare et servari facere in terris Rossilionis Ceritanie Confluentis et Vallespirii et Cauquolibero usaticos consuetudines et constitutiones Barchinone facta et factas et etiam faciendos et faciendas per vos et vestros cum consilio majoris partis baronum Cathalonie sicut moris est fieri. Salvis spetialibus consuetudinibus locorum predictarum terrarum. Et quod in predictis terris Rossilionis Ceritanie Confluentis Vallispirii et de Cauquolibero currat moneta Barchinonensis et non alia. Retinemus tamen nobis et successoribus nostris quod possimus cudere vel cudi facere absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum in Regno Majoricarum et insulis eidem adjacentibus monetam et monetas de novo. Item retinemus nobis et successoribus nostris quod in nullo casu possit a nobis vel officialibus nostris vel successorum nostrorum appellari

mus vobis predicto Regi Majoricarum patruo nostro carissimo et vestris successoribus perpetuo predictum Regnum Majoricarum Insulas comitatus et terras quas a nobis in feudum recipitis sub pactis et conventionibus supradictis. Et promitimus per nos et nostros vobis et vestris juvare valere et defendere vos et vestros et Regnum terras et Comitatus predictos et jurisdictiones vestras et dictarum terrarum quas a nobis tenetis in feudum toto posse nostro contra cunctos homines. Remittentes per nos et nostros vobis et vestris perpetuo omnem questionem petitionem et demandam quam movit vel movere potuit contra vos vel vestros carissimus dominus et genitor noster predictus usque in diem confectionis dicti instrumenti de conventionibus antedictis. Convenimus etiam et retinemus nos Jacobus Aragonum et Jacobus Majorice Reges predicti quod substitutiones facte in cartis hereditamenti inter nos et nostros per dominum Jacobum inclite recordationis Regem Aragonum avum nostri Regis Aragonum predicti et patrem nostri Regis Majorice prefati et in testamento ejusdem inclite recordationis domini Jacobi quondam Regis Aragonum predicti sint salve et in sua remaneant firmitate. Salvis hiis que instrumento continentur. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis obligamus nos et nostros ad invicem et omnia bona nostra. Et juramus per Deum et ejus sancta quatuor evangelia et facimus inter nos homagium ore et manibus ad invicem in presenti. In quorum testimonium nos Rex Aragonum et Rex Majoricarum predicti hoc presens publicum instrumentum si-

facto in Civitate Barchinone in palacio Regio VII. Idus julii anno Domini Millesimo CCCXII cujus tenor sequitur in hunc modum.

In nomine Domini Amen. Pateat universis presentis instrumenti publici seriem inspecturis. Quod Nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone et nos Sanccius per eandem Rex Majoricarum Comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani. Scientes jam dudum compositionem seu transactionem fore factam inter illustrem dominum Petrum bone memorie Regem Aragonum patrem nostri Jacobi Regis Aragonum predicti ex una parte et illustrem dominum Jacobum recolende recordationis Regem Majorice patrem nostri Sanccii Regis Majoricarum predicti ex altera super Regno Majoricarum cum Insulis eidem adjacentibus. Et super Comitatibus et terris Rossilionis Ceritanie Confluentis et Vallispirio et de Cauquolibero. Et super Montepesulano cum castris et villis dominationis Montispesulani prout in quodam publico instrumento inde facto in claustro domus fratrum predicatorum Perpiniani XIII kalendas februari anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo octavo scriptoque per Arnaldum Mironi scriptorem publicum Perpiniani latius continetur. Scientes etiam subsequenter dictam compositionem seu transactionem fore renovatam laudatam et approbatam inter nos Jacobum Regem Aragonum predictum ex una parte et dictum Jacobum quondam Regem Majorice ex altera prout in alio publico instru-

mus seu habere debemus ubicumque sint cum militibus scilicet hominibus feudis jurisdictionibus ac dominationibus universis sive illa teneamus ad manum nostram sive alii teneant pro nobis in feudum. Exceptis feudis que consueverunt teneri ab Episcopo et Ecclesia Magalone de quibus aliqua tenentur adhuc ab ipsis Episcopo et Ecclesia supradictis. Pro quibus omnibus et singulis locis et terris ac juribus eorundem recognoscimus nos de presenti feudatarium vestrum secundum formam superius comprehensam. Excipimus tamen a predicta recognitione feudi nos Sanccius Rex Majorice predictus emptiones castrorum villarum et locorum quas dictus dominus pater noster post dictam renovationem fecit et nos fecimus de rebus alodialibus que pro eo vel nobis non tenebantur in feudum. Nos tamen dictus Sanccius Rex Majoricarum per nos et nostros recognoscimus tenere a vobis dicto domino Rege Aragonum et vestris in feudum omnes Regalias et jura universa que et quas dictus dominus pater noster habebat et nos ante emptiones predictas habebamus et habemus in emptionibus supradictis. Sane volumus et concedimus quod sicut nos facimus vobis homagium ut inferius continetur sic heredes et successores nostri faciant et teneantur facere homagium vobis et successoribus vestris Regibus Aragonum imperpetuum pro supradictis et infrascriptis juxta contenta in hoc presenti instrumento et formam ejusdem. Promittimus etiam per nos et successores nostros vobis dicto domino Regi et successoribus vestris imperpetuum quod nos et successores nostri dabimus vobis

majoris partis baronum Cathalonie sicut moris est fieri salvis spetialibus consuetudinibus locorum predictarum terrarum. Et quod in predictis terris Rossilionis Ceritanie Confluentis Vallispirii et de Cauquolibero currat moneta Barchinone et non alia. Retinemus tamen nobis et successoribus nostris quod possimus cudere vel oudi facere absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum in Regno Majoricarum et Insulis eidem adjacentibus monetam et monetas de novo. Item retinemus nobis et successoribus nostris quod in nullo casu possit a nobis vel officialibus nostris vel successorum nostrorum appellari nec etiam per alium modum recurri ad vos dictum dominum Regem Aragonum vel successores vestros. Salvo quod propter hoc non detrahatur in aliquo hiis que superius et inferius continentur. Item quod nos et successores nostri possimus absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum facere et ponere pedagium et novam lezdam in Regno Majoricarum et aliis insulis eidem adjacentibus. Salvis libertatibus per predecessores nostros concessis hominibus vestris nisi predicte libertates vel privilegia sint de jure per contrarium usum vel alio modo abrogata que tamen omnia que nobis retinemus volumus et concedimus esse de feudo seu feudis predictis exceptis emptionibus supradictis sub forma superius comprehensa. Item cum dictus dominus Rex Majoricarum pater noster in predictis instrumentis de quibus in principio hujus instrumenti habetur mentio retinuisset sibi et successoribus suis bovaticum in predictis terris ita quod dictum bovaticum esset de

pactis et conventionibus supradictis. Et promittimus per nos et nostros vobis et vestris juvare valere et defendere vos et vestros et Regnum terras et comitatus predictos et jurisdictiones vestras et dictarum terrarum que a nobis tenetis in feudum toto posse nostro cuntra cunctos homines. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis vice versa obligamus nos et nostros et omnia bona nostra vobis et vestris. Et juramus per Deum et ejus sancta quatuor evangelia et facimus vobis homagium hore et manibus in presenti. Convenibus etiam et retinemus nos Jacobus Aragonum et Sanccius Majoricarum Reges predicti quod substitutiones facte in castris hereditamenti inter nos et nostros per dominum Jacobum eximie recordationis avum utriusque nostrum et in testamento ejusdem sint salve et in sua remaneant firmitate. Salvis hiis que in hoc instrumento continentur. In quorum testimonium nos Rex Aragonum et Rex Majoricarum predicti hoc presens publicum instrumentum sigillorum nostrorum appensione duximus roborandum. Actum est hoc in civitate Barchinone in palatio domini Regis die dominica qua computabatur septimo idus julii auno Domini Millesimo CCC duodecimo.

Signum ✠ Sancii Dei gratia Regis Majoricarum predicti. Qui hec laudamus et firmamus.

Signum ✠ Jacobi Dei gratia Regis Aragonum predicti. Qui hec laudamus et firmamus.

Testes hujus rei sunt qui presentes fuerunt nobiles Ermengaudus comes Urgellensis Raimundus Fulconis

tas postea subsecutas et noviter recepit in feudum dictum Regnum Majorice et alia feuda prenominata a dicto domino Jacobo Rege Aragonum cum sacramento et homagio ut in instrumento inde confecto per Bernardum de Podio notarium dicti domini Regis Aragonum in civitate Barchinone in palatio Regio kalendas octobris anno Domini Millesimo CCCXX septimo cujus tenor sequitur in hunc modum.

In nomine Domini Amen. Pateat universis presentis instrumenti seriem inspecturis. Quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Et nos Jacobus per eandem Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani presente volente actorizante ac suum expressum consensum prestante honorabili domino Philipo de Majorica patruo ac tutore nostri dicti Majorice Regis quod nos dictus Philipus qui presentes sumus sic esse asserimus et fatemur scientes jam dudum compositionem seu transactionem fore factam inter illustrem dominum Petrum bone memorie Regem Aragonum patrem nostri Jacobi Regis Aragonum predicti ex una parte et illustrem dominum Jacobum recolende memorie Regem Majorice avum paternum nostri Jacobi Regis Majoricarum predicti ex altera super Regno Majoricarum cum insulis eidem adjacentibus et super comitatibus et terris Rossilionis Ceritanie Confluentis et Vallispirio et Cauquolibero. Et super Montepesulano cum castris et villis dominationis Montispesulani prout in quodam publico instrumento inde facto in

cim annorum ac plene intelligere que aguntur presente et auctorizante ut supra dicto domino Philippo patruo et tutore nostro per nos et successores nostros volentes omnia et singula in predictis tribus instrumentis contenta perpetuo habere roboris firmitatem ea omnia et singula denuo cum hoc publico instrumento per nos et successores nostros laudamus et approbamos expresse. Idcircoque nos Jacobus Rex Majorice predictus presente et auctorizante ut supra antefato honorabili domino Philippo patruo et tutore nostro nomine ipso tutorio juxta formam in singulis dictorum trium instrumentorum contentam per nos et omnes successores nostros recognoscimus et fatemur vobis dicto domino Jacobo Regi Aragonum karissimo patruo nostro tenere a vobis et successoribus vestris Regibus Aragonum in feudum honoratum sine omni servicio sub forma tamen infrascripta totum predictum Regnum Majoricarum cum insulis Minorice et Eviçe et aliis insulis adjacentibus eidem Regno et omnes predictos comitatus et terras Rossilionis Ceritanie Confluentis et Vallispirii et Canquiliberi. Item sine perjudicio juris alieni recognoscimus et fatemur vobis dicto domino Jacobo Regi Aragonum tenere in feudum a vobis et vestris secundum modum superius et inferius comprehensum vicecomitatum Omeladesii et vicecomitatum de Carladesio cum omnibus villis et castris eorundem vicecomitatuum et omnia etiam castra villas et loca quecumque habemus in terris Montispesulani et dominatione et terminis ejusdem. Et generaliter omnia alia quecumque habemus seu habere debe-

et infrascriptis juxta contenta in hoc presenti instrumento et formam ejusdem. Promittimus etiam per nos et successores nostros vobis dicto domino Regi et successoribus vestris imperpetuum quod nos et successores nostri dabimus vobis et successoribus vestris potestatem de civitate Majorice nomine et vice totius Regni Majorice et insularum Minoricarum et civitate et de villa Podii Ceritani nomine et vice Ceritanie et Confluentis et de villa Perpiniani nomine comitatus Rossilionis et terrarum Vallispirii et castri Cauquiliberi et de castro de Omelacio nomine et vice vicecomitatus de Omeladesio. Quas potestates nos heredes et successores nostri teneamur dare vobis et successoribus vestris quandocumque et quocienscumque requisiti fuerimus per vos et successores vestros irati et paccati ratione tamen recognitionis feudi et fatice juris nec predictas potestates possitis vos vel successores nostri retinere ratione valençe. Promittimus etiam per nos heredes et successores nostros vobis et successoribus vestris imperpetuum quod nos et ipsi successores nostri firmabimus jus vobis et vestris in posse vestro et vestrorum. Et semel quolibet anno cum fuerimus requisiti ibimus ad curiam vestram et vestrorum in Cathalonia nisi tunc quando fuerimus nos et dicti successores nostri in Regno Majoricarum. Promittimus tamen per nos et nostros ad hoc de presenti nos et successores nostros obligamus quod juvemus valeamus et defendamus vos et successores vestros cum toto posse nostro contra cunctos homines de mundo. Item promittimus per nos et nostros servare et servari facere

avus paternus noster in predictis instrumentis de quibus in principio hujus instrumenti habetur mentio retinuisset sibi et successoribus suis bovaticum in predictis terris. Ita quod dictum bovaticum esset de dicto feudo ut alia supradicta que sibi retinuit exceptis emptionibus supradictis. Et subsequenter prefatus dominus Rex Majoricarum avus paternus et postmodum prefatus dominus Sanccius Rex patruus nostri remiserint bovaticum ipsum gentibus nostris dictarum terrarum que ad prestationem dicti bovatici tenebantur ea conditione quod loco dicti bovatici prefate gentes nostre tenerentur dicto domino Regi Sanccio solvere viginti mille libras Barchinonenses rendales in alodio quas haberent et reciperent ipse et sui perpetuo loco bovatici supradicti. Recognoscimus tamen quod nos dictus dominus Jacobus Rex Aragonum generose concesistis remissioni dicti bovatici et quod non teneretur dictus dominus Rex Sanccius emere dictas mille libras loco bovatici supradicti. Inhibitiones vero seu banna per vos vel successores vestros factas vel faciendas non teneamur nos vel successores nostri servare nisi facte fuerint de consilio et assensu nostro vel nostrorum. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis obligamus vobis dicto domino Regi Aragonum et vestris nos et nostros et omnia bona nostra. Et juramus per Deum et ejus sancta quatuor evangelia nos Jacobus Majorice Rex superius nominatus. Et presente volente et auctorizante ac suum expressum consensum prestante dicto tutore nostro facimus vobis homagium ore et manibus in presenti. Et

gonum Regis et proavum nostri dicti Regis Majoricarum et in testamento ejusdem sint salve et in sua remaneant firmitate. Salvis hiis que in hoc instrumento continentur. In quorum testimonium nos Rex Aragonum et Rex Majoricarum predicti ac Philippus de Majorica tutor qui supra duo consimilia publica instrumenta inde fieri jussimus et sigillorum nostrorum appensionibus comuniri. Et in quibus etiam nos dictus tutor manu propria subscripsimus. Que sunt acta in civitate Barchinone in palatio domini Regis Aragonum predicti kalendas octobris anno Domini Millesimo CCC septimo.

Signum ✠ Jacobi Dei gratia Regis Majoricarum comitis Rossilionis et Ceritanie ac domini Montispesulani predicti. Qui hec laudamus firmamus et juramus.

Signum ✠ Jacobi Dei gratia Regis Aragonum Valentie Sardinie et Corsice ac comitis Barchinone predicti. Qui hec laudamus firmamus et juramus.

Nos Philippus de Majoricis tutor predictus premissa laudamus concedimus et firmamus et manu propria subscribimus.

Testes hujus rei sunt qui presentes fuerunt inclitus dominus infans Petrus Rippacurcie et Impuriarum comes inclitus dominus Infans Raymundus Berengarii comes Montanearum de Prades antefati domini Regis Aragonum filii Gasco Oscensis Episcopus cancellarius ipsius domini Regis Aragonum Berengarius Elnensis Episcopus frater Sanccius de Aragone locum tenens magistri hospitalis in Castellania Emposte frater Raï-

liquum retentum pro parte dicti domini Regis.

Subsequenter vero dicto domino Rege Jacobo Aragonum mortuo idem Rex Jacobus Majoricarum nunc regnans denuo ut est de natura et obligatione feudorum domino Regi Alfonso et post ejus mortem domino Regi Petro nunc regnanti in suo novo dominio dictas infeudationem et conventiones cum sacramentis et homagiis fecit et sollempniter renovavit ut in instrumentis inde confectis latius continetur. Quorum quidem tenores instrumentorum sequitur in hunc modum.

In nomine Domini Amen. Pateat universis presentis instrumenti publici seriem inspecturis. Quod nos Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice ac comes Barchinone. Et nos Jacobus per eandem Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani presente volente auctorizante ac suum expressum consensum prestante honorabili domino Philippo de Majorice patruo et tutore nostri dicti Majorice Regis quod nos dictus Philipus qui presentes sumus sic esse asserimus et fatemur scientes jam dudum compositionem seu transactionem fore factam inter illustrem dominum Petrum bone memorie Regem Aragonum avum nostri Alfonsi Regis Aragonum predicti ex una parte et illustrem dominum Jacobum recolende memorie Regem Majorice avum paternum nostri Jacobi Regis Majorice predicti ex altera super Regno Majoricarum cum insulis eidem adjacentibus et super comitatibus et terris Rossilionis

predicti domini Regis Aragonum patris nostri Alfonsi Regis Aragonum prelibati ac publicum etiam auctoritate ejusdem per totam terram et dominationem nostram seriosius continetur. Animadvertentes etiam premissam compositionem et transactionem subsequenter renovatam fuisse laudatam et approbatam inter prefatum dominum Regem recolende memorie patrem nostri Regis Aragonum jam dicti ex parte una et nos dictum Jacobum nunc Majoricarum Regem presente volente auctorizante ac suum expressum assensum prestante dicto honorabili domino Philippo de Majorica patruo et tutore nostro ex altera prout in alio publico instrumento inde confecto in civitate Barchinone in palatio regio kalendas octobris anno Domini Millesimo CCC vicesimo septimo et clauso per Bernardum de Podio dicti domini Regis Aragonum et nostrum scriptorem et auctoritate ipsius notarium publicum per totam terram et dominationem ejus clarius expressatur. Premeditantes insuper nos Alfonsus Rex Aragonum sepedictus dictam compositionem et transactionem consequenter antequam ad Regie dignitatis apicem fuissemus assumpti laudasse approbase ratificasse ac etiam confirmasse prout in quodam alio publico instrumento inde confecto Cesarauguste duodecimo kalendas novembris anno Domini proxime dicto Millesimo CCC vicesimo septimo clausoque per Bonanatum de Petra tunc et nunc notarium nostri Alfonsi Regis Aragonum prelibati latius et plenius continetur. Nos predicti Alfonsus Rex Aragonum et nos Jacobus Rex Majoricarum confitentes nos excessisse etatem tresdecim anno-

scilicet hominibus feudis jurisdictionibus et dominationibus universis sive illa teneamus ad manum nostram sive alii teneant pro nobis in feudum exceptis feudis que consueverunt teneri ab episcopo et ecclesia Magalone de quibus aliqua tenentur adhuc ab ipsis Episcopo et ecclesia et aliqua ab illustri Rege Francie habente in eisdem locum ab episcopo et ecclesia supradictis. Pro quibus omnibus et singulis locis et terris ac juribus eorundem recognoscimus nos de presenti feudatarium vestrum secundum formam superius comprehensam. Excipimus tamen a predicta recognitione feudi nos Jacobus Rex Majoricarum predictus emptiones castrorum villarum et locorum quas dictus dominus Jacobus Majoricarum Rex avus paternus noster post dictam renovationem et dictus dominus Sanccius Majorice Rex ejus filius patruus noster fecerunt et nos fecimus de rebus alodialibus que pro ipsis vel nobis non tenebantur in feudum. Nos tamen dictus Jacobus Rex Majoricarum per nos et nostros auctoritzante dicto tutore nostro ut supra recognoscimus tenere a vobis dicto domino Rege Aragonum et vestris in feudum omnes regalias et jura universa quam et quas dictus dominus Jacobus avus et dictus dominus Sanccius patruus nostri habebant ante emptiones predictas et habebamus nos in emptionibus supradictis. Sane volumus et concedimus quod sicut nos facimus vobis homagium ut inferius continetur sic heredes et successores nostri faciant et teneantur facere homagium vobis et successoribus vestris Regibus Aragonum imperpetuum pro supradictis et infrascriptis juxta contenta

tos homines de mundo. Item promittimus per nos et nostros servare et servari facere in terris Rossilionis Ceritanie et Confluentis Vallispirii et Cauquolibero usaticos cousuetudines et constitutiones Barchinone factos et factas et etiam faciendos et faciendas per vos et vestros cum consilio majoris partis baronum Cathalonie sicut moris est fieri. Salvis spetialibus consuetudinibus locorum predictarum terrarum. Et quod in predictis terris Rossilionis Ceritanie Confluentis Vallispirii et de Cauquolibero currat moneta Barchinone et non alia. Retinemus tamen nobis et successoribus nostris quod possimus cudere vel cudi facere absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum in Regno Majoricarum et insulis eidem adjacentibus monetam et monetas de novo. Item retinemus nobis et successoribus nostris quod in nullo casu possit a nobis vel officialibus nostris vel successorum nostrorum appellari nec etiam per alium modum recurri ad vos dictum dominum Regem Aragonum vel successores vestros. Salvo quod propter hoc non detrahatur in aliquo hiis que superius et inferius continentur. Item quod nos et successores nostri possimus absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum facere et ponere pedagium et novam lezdam in Regno Majoricarum et aliis insulis eidem adjacentibus. Salvis libertatibus per predecessores nostros concessis hominibus vestris nisi predicte libertates vel privilegia sint de jure per contrarium usum vel alio modo abrogata. Que tamen omnia que nobis retinemus volumus et concedimus esse de feudo seu feudis predictis exceptis emp-

bus Majoricarum Rex superius nominatus et presente volente et auctoritzante ac suum expressum consensum prestante dicto tutore nostro facimus vobis homagium ore et manibus in presenti. Et sub dicto juramento confitemur nos excessisse etatem tresdecim annorum predictam. Ad hec nos Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum predictus tenentes nos pro contentis et paccatis cum predictis a vobis illustri Jacobo per eandem Rege Majoricarum carissimo consanguineo nostro nobis recognitis et concessis presente volente et auctoritzante ac suum expressum assensum prestante dicto honorabili Philippo tutore nostro nomine tutorio predicto per nos successoresque nostros laudamus approbamus vobis et vestris successoribus perpetuo predictum Regnum Majoricarum insulas comitatus et terras que a nobis in feudum tenetis sub pactis et conventionibus supradictis. Et promittimus per nos et nostros vobis et vestris juvare valere et defendere vos et vestros et Regnum et terras et comitatus predictos et jurisdicciones vestras et dictarum terrarum que a nobis tenetis in feudum toto posse nostro contra cunctos homines. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis viceversa obligamus nos et nostros et omnia nostra vobis et vestris. Et juramus per Deum et ejus sancta quatuor Evangelia et facimus vobis homagium ore et manibus in presenti. Convenimus etiam et retinemus nos dicti Alfonsus Aragonum Rex et nos Jacobus Rex Majoricarum presentes volente et auctoritzante ac suum expressum assensum prestante dicto honorabili Philippo tutore qui supra quod nos

Infans Ferdinandus dicti domini Regis Majoricarum germanus Reverendus dominus Petrus Cesarauguste Archiepiscopus domini Regis Aragonum predicti cancellarius Reverendus dominus Guido Arborensis et Turensis Archiepiscopus venerabilis dominus Berengarius Elnensis Episcopus et nobiles viri Petrus egregii viri Hugonis judicis Arboree primogenitus Raimundus Fulconis vicecomes Cardone et Arnaldus Rogerii de Paylars Petrus de Fonolleto vicecomes Insule Berengarius de Vilarioacuto Poncius de Caramany Bernardus de Boxados Ammiratus dicti domini Regis Aragonum Ademarius de Mosseto Petrus de Viridario Archidiaconus Majoricarum Guillermus Oulomari dicti domini Regis Aragonum vicecancellarius Anthonius de Galiana legum doctor quam plures alii in multitudine copiosa.

In Dei nomine. Noverint universi. Quod nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone. Et nos Jacobus per eandem Rex Majoricarum Comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Mentispesulani. Scientes jam dudum compositionem seu transactionem fore factam inter illustrem dominum Petrum bone memorie Regem Aragonum proavum nostri Petri Regis Aragonum predicti ex una parte et illustrem dominum Jacobum recolende memorie Regem Majoricarum avum paternum nostri Jacobi Regis Majoricarum predicti ex altera super Regno Majoricarum cum insulis eidem adjacentibus et super comitatibus et terris Rossilionis Ceritanie Confluentis

etiam auctoritate ejusdem per totam terram et dominationem nostram seriosius continetur. Animadvertentes etiam premissam compositionem et transactionem subsequenter renovatam fuisse laudatam et approbatam inter prefatum dominum Regem Jacobum recolende memorie avum nostri Regis Aragonum predicti ex parte una et nos dictum Jacobum nunc Majoricarum Regem presente volente auctoritzante ac suum expressum assensum prestante honorabili Philippo de Majoricis patruo ac tutore tunc nostri dicti Majorice Regis ex altera prout in alio instrumento publico inde confecto in civitate Barchinone in palatio Regio kalendis octobris anno Domini Millesimo CCCXX septimo et clausum per Bernardum de Podio dicti domini Regis Aragonum scriptorem et auctoritate ipsius notarium publicum per totam terram et dominationem clarius expressatur. Promeditantes insuper illustrem dominum Alfonsum comendabilis recordationis Regem Aragonum patrem nostri dicti Regis Aragonum jamdictam compositionem et transactionem consequenter antequam ad Regie dignitatis apicem pervenisset laudasse approbasse ratificasse ac etiam confirmasse prout in quodam alio publico instrumento inde confecto Cesarauguste XII kalendas novembris anno Domini proxime dicto Millesimo CCCXX septimo clausoque per Bonanatum dé Petra notarium suum latius et plenius continetur. Prospicientes insuper eandem compositionem et transactionem de novo renovatam fuisse laudatam et approbatam inter prefatum dominum Regem Alfonsum felicis recordationis patrem nostri dicti Re-

cecomitatum de Carladesio cum omnibus villis et castris eorundem vicecomitatuum et omnia etiam castra villas et loca quecumque habemus in terris Montispesulani et dominatione et terminis ejusdem. Et generaliter omnia alia quecumque habemus seu habere debemus ubicumque sint cum militibus scilicet hominibus feudis jurisdictionibus ac dominationibus universis sive illa teneamus ad manum nostram sive alii teneant pro nobis in feudum exceptis feudis que consueverunt teneri ab Episcopo et Ecclesia Magalone de quibus aliqua tenentur adhuc ab ipsis Episcopo et Ecclesia et aliqua ab illustri Rege Francie habente in eisdem locum ab Episcopo et Ecclesia supradictis. Pro quibus omnibus et singulis locis et terris ac juribus eorundem recognoscimus nos de presenti feudatarium vestrum secundum formam superius comprehensam. Excipimus tamen a predicta recognitione feudi nos Jacobus Rex Majoricarum predictus emptiones castrorum villarum et locorum quas dictus dominus Jacobus Majorice Rex avus paternus noster post dictam renovationem et dictus dominus Sanccius Majoricarum Rex ejus filius patruus noster fecerunt et quas nos fecimus vel alio titulo adquisivimus a tempore novissime renovationis per nos facte citra de rebus alodialibus que pro ipsis vel nobis non tenebantur in feudum si tamen non fuerint cum rebus feudalibus permutata. Nos tamen dictus Jacobus Rex Majorice per nos et nostros recognoscimus tenere a vobis dicto domino Regi Aragonum et vestris in feudum omnes regalias et jura universa quem et quas dictus dominus

fuerimus requisiti ibimus ad curiam vestram et vestrorum in Cathalonia nisi tunc quando fuerimus requisiti fuerimus nos et dicti successores nostri in Regno Majoricarum. Promittimus tamen per nos et nostros et ad hoc nos et successores nostros obligamus quod juvemus valeamus et defendamus vos et successores vestros cum toto posse nostro contra cunctos homines de mundo. Item promittimus per nos et nostros servare et servari facere in terris Rossilionis Ceritanie et Confluentis Vallispirii ei Cauquolibero usaticos consuetudines et constitutiones Barchinone factos et factas ac etiam faciendos et faciendas per vos et vestros cum consilio majoris partis baronum Cathalonie sicut moris est fieri. Salvis spetialibus consuetudinibus locorum predictarum terrarum et quod in predictis terris Rossilionis Ceritanie Confluentis Vallispirii et Cauquolibero currat moneta Barchinone et non alia. Retinemus tamen nobis et successoribus nostris quod possimus cudere vel cudi facere absque contradictione et impedimento vestro et vestrorum in Regno Majoricarum et insulis eidem adjacentibus monetam et monetas de novo. Item retinemus nobis et successoribus nostris quod in nullo casu possit a nobis vel officialibus nostris vel successorum nostrorum appellari nec etiam per alium modum recurri ad vos dictum dominum Regem Aragonum vel successores vestros. Salvo quod propter hoc non detrahatur in aliquo hiis que superius et inferius continentur. Item quod nos et successores nostri possimus absque contradiccione et impedimento vestro et vestrorum facere et ponere

dicti. Inhibitiones vero seu banna per vos vel successores vestros factas vel faciendas non teneamur nos vel successores nostri servare nisi facte fuerint de consilio et assensu nostro vel nostrorum. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis obligamus vobis dicto domino Regi Aragonum et vestris nos et nostros et omnia bona nostra. Et juramus per Deum et ejus sancta quatuor evangelia nos Jacobus Majoricarum Rex superius nominatus et facimus vobis homagium ore et manibus in presenti. Ad hec nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum predictus tenentes nos pro contentis et paccatis cum predictis a vobis illustri Jacobo per eandem Rege Majoricarum carissimo consanguineo nostro vobis recognitis et concessis per nos successoresqne nostros laudamus et approbamus vobis et vestris successoribus perpetuo predictum Regnum Majoricarum insulas comitatus et terras que a nobis in feudum tenetis sub pactis et conventionibus supradictis et promittimus per nos et nostros vobis et vestris juvare valere et defendere vos et vestros et Regnum et terras ac comitatus predictos et jurisdictiones vestras et dictarum terrarum que a nobis tenetis in feudum toto posse nostro contra cunctos homines. Et pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis viceversa obligamus nos et nostros et omnia bona nostra vobis et vestris. Et juramus per Deum et ejus sancta quatuor evangelia et facimus vobis homagium ore et manibus in presenti. Convenimus etiam et retinemus nos dicti Petrus Aragonum Rex et nos Jacobus Rex Majoricarum quod substitutiones facte in car-

abbas Monasterii Sancte Marie de Aruliis et nobiles Petrus de Fonolleto vicecomes Insule Bernardus vicecomes Caprarie Johannes de Sono vicecomes de Evolo Berengarius de Vilariacuto Bernardus de Sono Petrus Raimundi de Montebruno legum doctor Poncius de Lupiano majordomus.

Sig✠num Bernardi de Podio predicti domini Regis Aragonum scriptoris et auctoritate Regia notarii publici per totam terram et dominationem suam qui predictis interfuit et de mandato dictorum dominorum Regum hec scribi fecit cum litteris rasis et emendatis in linea XXXV ubi dicitur emptionibus supradictis et in linea XLV ubi scribitur publica instrumenta et clausit die et anno quo supra.

Qui quidem Rex Sanccius et successive dictus Rex Majorice nunc regnans citati per predecessores dicti domini Regis venerunt ad curias generales Cathalonie diversis vicibus et temporibus obtenta dictarum infeudationis et conventionum et in dictis curiis interfuerunt sicut ceteri barones Cathalonie et uterque eorum a dicto domino Rege Aragonum et predecessoribus suis potestates dictorum feudorum pro certis quantitatibus in pignore receperunt ut constat per publica instrumenta ac in aliis causis occurrentibus et iminentibus dicto domino Regi Aragonum et predecessoribus suis conventiones predictas et jura feudalia usque ad novam rebellionem dicti Regis Majorice nunc regnantis inconcusse et per omnia servaverunt. Et dictus dominus Rex Aragonum et predecessores sui ascensive

et infra limites et Principatum Cathalonie sistenti. Nec non conflari seu fundi faciebat monetam regalem barchinonensem seu argenti nolens faciliter aures prebere clamoribus supradictis sed juxta verbum evangelium et propheticum fama precedenti descendere et videre utrum clamorem veritas sequeretur a personis providis et honestis non semel tamen sed sepe veritatem ipsam faciens diligentius perscrutari informationem de predictis in scriptis et sine fecit recipi diligentem per quam liquide dicto domino Regi Aragonum constitit clamorem predictum juxta veritatis esentiam processisse. Et licet universitates civitatum et villarum regnorum suorum et presertim Cathalonie que ex dicta moneta plurimum ledebantur oportune importune ac instantissime dicti domino Regi Aragonum supplicarent quod contra dictum Regem Majorice procederet potenter et viriliter pro excessibus supradictis ipse tamem dominus Rex Aragonum attento nexu consanguinitatis et affinitatis quibus unitur Regi Majorice predicto et cernens ipsum ut virum ab origine fontis inclite domus Aragonum dirivatum et affectans eundem amicabilibus persuasionibus ab inicio pro viribus revocare noluit subito procedere sed scripsit dicto Regi ac eum requisivit per binas litteras successive quod cum ipse pro quibusdam magnis et arduis negociis domum Regiam Aragonum et domum dicti Regis Majorice tangentibus vellut cum ipso ad honorem utriusque et vitandum eminentia pericula habere colloquium quod pro vistis habendis et tractandis negociis supradictis ad civitatem Barchinone cum idem dominus Rex esset tunc in

quosquidem usaticos et consuetudinem Cathalonie generalem quibus juxta dictas conventiones subesse noscitur Rex predictus potest licite dictus dominus Rex Aragonum sine processu alio ex sola firma juris denegatione emparare realiter et occupare potenter omnia dicta feuda et in suo dominio retinere et dampnum inferre dicto Regi valitoribus et subditis suis in dicta contradictione seu rebellione ei adherentibus vel prebentibus consilium auxilium vel favorem et ita idem dominus Rex Aragonum quibuscumque officialibus suis et omnibus Regnorum suorum gentibus noscitur mandavisse. Sane cum convocatis ad certum diem baronibus militibus et exercitibus Regiis pro executione hujusmodi facienda sanctissimus dominus Papa volens viam apperire concordie misisset ad dictum dominum Regem Reverendum in Christo patrem dominum Armandum Archiepiscopum Aquensem ad magnam instantiam et preces Regis predicti idem dominus Rex ut dictum Regem Majorice posset ad viam trahere rationis guidaticum sibi concessit oh reverentiam Sedis Apostolice diferens terminum qui pro predictis fuerat dictis exercitibus assignatus. Dicto vero Rege Majorice ad civitatem Barchinone ad quam idem nuntius advenerat accedere et coram dicto nuntio tractatu habito cum deputatis hinc inde ad hec tractatui concordie condescendere noluit et firmam juris ad quam tenebatur persistens in sua pertinacia facere recusavit pena per eum neglecta quem differentibus et contendentibus firmam de directo facere infligitur per dictos usaticos quibus subest. Dictus autem dominus Rex optans dic-

maria dicti domini Regis Aragonum invadendo cepit et expugnavit seu capi et expugnari fecit quandam navim subditorum dicti domini Regis Aragonum et homines seu ductores ejusdem cum mercibus occupavit et retinuit violenter ex quibus liquet luce lucidius dictum dominum Regem Aragonum potuisse licite fecisse et facere et continuare processum predictum ratione firme juris dampnabiliter denegate et alios processus multos facere ex causis in dicta citationis littera seriosius expressatis. Propter crimen enim dicte monete quod gravissimum reputatur quia comissum fuit infra principatum Cathalonie et terras generali jurisdictioni dicti domini Regis subjectas potest animadvertere et delictum penis legalibus et usaticorum Barchinone quem non minus ardent persequi et punire et hec videntur sufficere pro processus predicti et aliorum fiendorum justitie evidenti. Nec obstant exceptiones et deffensiones si tale nomen mereantur habere quod absit opposite et allegate de facto in quibusdam replicationibus factis per Petrum Pascasii qui dicitur procurator dicti Regis Majorice requisitioni firme juris per procuratorem dicti domini Regis requisite et dicto nuntio apostolico per dictum Regem Majorice oretenus explicatis. Et primo non obstat quod opportuit quod dictus dominus Rex Aragonum requisitus pluries per dictum Regem Majorice quod faceret sibi valençam cum toto posse suo contra Regem Francorum qui ad manum suam Regiam receperat Montempesullanum et vicecomitatus Omeladesii et Carladesii dictam valençam facere noluit ob quod allegatur ipsum pro trans-

constaret et esset notorium dictum Regem Majorice tenere in feudum a dicto Francorum Rege villam Montispesulani et dictos vicecomitatus circumquaque infra dicti sui Regni limites situatos esse dictumque Regem Francorum per se et predecessores suos fuisse et esse in possessione vel quasi superioritatis et ressorti dicte ville Montispesulani tam in vita illustris Regis Jacobi Majorice avi quam in vita illustris Regis Sancii patrui predecessorum dicti Regis Majorice et etiam tempore sui regiminis qui omnes pro feudo dicte ville Regi Francie homagium et juramenta fidelitatis suis casibus et temporibus prestiterunt esseque notorium dictum Regem Majorice sine cause cognitione ut prefertur non potuisse privasse vel privare dictum Regem Francorum possessione feudi et superioritatis predictarum eundemque ex causis predictis et aliis ad impositionem dicte manus Regie juste et legittime processisse et obtulisse dicto Regi Majorice super predictis actiones et defensiones legittimas admittere in sua curia vel coram judice per eum ut debebat fieri delegando et eidem facere justitie complementum ut dictus Francorum Rex per suas litteras sepius dicto domino Regi scripsit. Et idem Rex Majorice in vistis quas habuit pro predictis cum dicto domino Rege Aragonum quo ad oblationem dicte justitie exposuit et concessit et nuncii ad dictum Regem Francorum pro tractanda concordia per dictum dominum Aragonum Regem missi reversi in sua relatione clarissime retulerunt liquet demostrative et luce clarius concluditur quod jam dictus Rex Majorice non poterat justum bel-

ni et superioritatem ejusdem et terrarum que ibi habet que per guerram prius cominabatur recuperare dicto Regi Francie firmissime recognovit hoc autem convincit manifeste omnia que dictus Rex Majorice pro defensione sua et vitanda firma juris predicta nititur allegare.

Secundo quia posito sine prejuditio set non concesso quod dictus Rex Majorice pretextu justitie guerre valençam facere postulatam. Quoniam constat notorium tunc esse et fuisse in Cathalonia dictum Regem Majorice diu ante dictam requisitionem valençe cum assignatione diei et loci et alias inmemorem dictarum infeudationis et conventionum sacramento et homagio vallatarum contra usaticos Barchinone quibus suberat et subest et jura et conventiones predictas fecisse currere publice in villa Perpiniani comitatibus Rossilionis et Ceritanie et terris Confluentis Vallispirii et Cauquiliberi que sunt de feudo predicto aliam monetam quam Barchinone et fudisse etiam in villa Perpiniani monetam dicti domini Aragonum Regis barchinonensi argenti et insuper novam monetam ibi publice cudi fecisse que omnia per dictam conventionem expressisime prohibentur. Et de jure comuni et patrie in Cathalonia in qua non est alius princeps quam dictus dominus Rex Aragonum et que tota subest sue generali jurisdictioni talia culpabilia gravia et enormia reputantur. Et propterea idem dominus Rex Aragonum multorum clamoribus excitatus non petens predicta sine injuria et notabili prejuditio suo et reipublice dispendio tolerare ac volens dictos excessus debite corri-

Majorice cum revera idem Rex Francie non per violentiam spoliationem seu exheredationem sed ex causis rationabilibus et justis rationibus ductus ut princeps et judex juxta morem patrie ad impositionem manus Regie processisset ut postea detexit dicti Majorice Regis confessio et venia postulata tale namque processus spoliationi vel exheredationi non potest atribui ut colligitur ex premissis.

Quarto quia ubi guerra agressionis per dictum Regem Majorice indicta fuisset contra dictum Regem Francie et idem dominus Rex voluisset cum tamen non teneretur in casu et terminis supradictis juvare dictum Regem Majorice non potuisset cum comode nec decuisset cum Regnum Francie invadere non precedenti diffidamento quod omnes mundi principes cum alter vult alterum invadere consueverunt facere sollempniter et in scriptis. Quod quidem diffidamentum dictus Rex Majorice non fecerat nec causa aliqua justa vel probabilis suffuerat nec suberat tunc que dictum dominum Aragonum Regem moveret ad diffidandum Regem Francie predictum ut ex premissis potest collegi evidenter.

Quinto quia dicta ultima littera requisitoria de qua dictus Rex Majorice pretextu espoliationis vel exheredationis per eum noviter et ultimo allegare confidere videbatur cum ex hoc crederet minus probabiliter sine diffidamento posse invadi Regnum Francie supradictum fuit presentata post diem in qua idem dominus Rex Aragonum requirebatur quod cum exercitibus et agminibus congregatis esset cum toto posse suo in co-

num respondit nunciis ejus ad sui presentiam pro dicto negotio destinatis quod suos ambaxiatores et nuntios mitteret ac dictum dominum Regem Aragonum pro tractatu concordie atque pacis qui quidem nuntii tempore dicte ultime requisitionis vel circa iter arripuerant ad dominum Regem Aragonum supradictum propterea venientes. Ante igitur adventum dictorum nuntiorum et fine legationis eorum non expectata nec scita convocare exercitus et ire cum eis ad locum et diem ut premittitur designatos nil aliud fuisset quod tractatum pacis et concordie necligere et sine causa rationabili impedire et agenda juxta requisitiones predictas non absque Dei ofensa et gentium oblocutione probabili subicere reprehensioni notabili et famose presertim cum idem Rex Francie cum litteris suis quendam servientem armorum ante adventum dictorum nuntiorum ad dictum dominum Regem Aragonum transmisisset qui eidem denuntiaverat dictorum nuntiorum adventum proximum et festinum ac eidem notificaverat quod prefatus Rex Francie favorabiliter proviserat et mandaverat quod vicecomitatus Carladesii et Omeladesii dicto domino Regi Aragonum restituerentur protinus absque mora quodque preceperat cum suis litteris Senescalquis Carcassone et Tolose quod incontinenti restituerent dictos vicecomitatus ipsi domino Regi Aragonum vel cui ipse duceret ordinandum. Et dicti Senescalqui scripserant dicto domino Regi quod pro executione dicti mandati erant parati dictos vicecomitatus restituere ei quem dominus Rex Aragonum duceret ordinandum sed dominus Rex Ma-

currebat sicque superfluum dampnosum et reprehensibile fuisset precipitare et festinare exercitus ad locum et diem in dicta requisitoria littera declaratos pro defendendo terras Rossilionis et alias prenominatas que verisimiliter nullis agressionis periculis subjacebant. Nempe intimatio quam idem Rex Majorice fecit dicto domino Regi quod in loco Sancti Pauli de Fonoyledes dominationis dicti Regis Francie congregati erant quadringenti equites et magna peditum comitiva. Quod que iidem tam equites quam pedites Senescalliarum Tolose et Carcassone debebant congregari et in Montepesulano ulterius erant plures equites congregati et in Aquis mortuis galee in certo numero preparabantur ad invadendum dictas terras Rossilionis et Ceritanie ut in littera dicti Regis Majorice directa dicto domino Aragonum Regi que data fuit Perpiniani V die julii anno Domini Millesimo CCCXL primo latius continetur non continuit ut facta fuit aliquam veritatem sed veritas fuit hoc quod dictus Rex Majorice finxit et fecit etiam divulgari quod intendebat sicut multipharie fuerat cominatus invadere terras Francie Regis supradicti terris suis sine medio convicinas faciebatque emisso generali sono in sua terra exercitus cum magno impetu congregari. Hoc autem presenciens Episcopus Balvatensis qui erat de mandato Regis Francie in partibus Carcassone ac timens sicut ex dictis cominationibus presumi poterat invasionem illarum pretium ad defendendum terras dicti Regis Francie dicitur fecisse in dicto loco Sancti Pauli aliquos milites congregari quibus jussit quod terras dicti Majorice

dicti negocii transactione finiti inter dictum Regem Francie et dictum Regem Majorice qui nil de commiatis obtinuit sed dicto Francie Regi novis onerosis et duris valde obligationibus ut dicitur se astrinxit. Et rebellio ac feudorum predictorum interversio et denegatio per eundem Regem Majorice postea dicto domino Regi Aragonum facte et subsequte predictam simulationem et fraudem arguunt manifestissime seu concludunt. Patet igitur ex premissis rationes allegatas per dictum Regem Majorice super valença quam sibi asserit denegatam fuisse non procedere nec juri dicti domini Regis Aragonum posse officere seu nocere.

Nono quod posito sine prejuditio quod dominus Rex Aragonum in aliquo casu licito requisitus de valença per dictum Regem Majorice non juvisset eundem quod absit adhuc non sequeretur nec posset concludi rationabiliter quod dicta infeudatio careret viribus et efectu. Certum est enim quod promissio de juvamine seu valença inter dictum dominum Regem Petrum Aragonum et dictum Regem Jacobum Majorice antiqum adinvicem facta est post modum inter alios successores eorum hinc inde sepissime renovata fuit capitulum separatum oppositum in transaccione in qua vel per quam fuit facta infeudatio supradicta ultra et preter infeudationem eandem. Si igitur dominus Rex Aragonum in casu superius declarato ubi esset licitus quod negatur non juvisset dictum Majorice Regem tunc regnantem solum potuisset eo casu idem Rex Majorice excipere quod ex tunc ad valençam dicto domino Regi Aragonum non teneretur infeudationem predicta

dictum dominum Regem Aragonum dicto Regi Francie tempore kalendarii dicte scripture vel circa sunt diversi et contrari tenoris dicte scripture ut ex ipsis colligatur manifeste.

Secundo quia posito sine prejuditio quod dicta scriptura esset vera quod absit adhuc ex ea nullum fuisset quesitum jus dicto Regi Majorice cum sibi non dirigatur epistola enim de jure solum operabatur obligationem vel obligationis probationem inter ipsos tamen inter quos fit et per quorum unum alteri demandatur tertie vero persone ut esset in dicto casu Rex Majorice jus aliquod minime quereretur.

Tertio quia tempore quo dicitur dictam scripturam a curia Regia emanasse idem dominus Rex Aragonum de dicta valença per dictum Regem Majorice verbo vel scriptis nondum fuerat requisitus ut per litterarum requisitionem postea factarum kalendaria colligitur et habetur et perinde dicta scriptura ubi verba foret non prejudicaret dicto domino Regi Aragonum qui ad dictam valençam in casu licito et post requisitionem tantummodo teneretur.

Quarto quia dictus dominus Rex Aragonum scripsisset vel significasset dicto Regi Francie contenta in scriptura predicta id esset extra juditialis confessio facta in absentia dicti Majorice Regis. Certum est autem de jure quod confessio extra juditium facta absente eo cui vel ad cujus comodum aut dampnum fieri dicitur efectum vel obligationem aliquam non inducit.

Quinto quia ubi dictus dominus Rex Aragonum verba contenta in dicta scriptura dixisset etiam dicto

Primo quia dicta scriptura non reperitur in Archivo dicti domini Regis Aragonum et tamen est certum quod de omnibus renovationibus obligationibus et pactionibus que actenus facte fuerunt de dictis conventionibus et infeudatione vel circa ipsos fuerunt semper facta duo publica instrumenta quorum alterum dicto domino Regi Aragonum et alterum dicto Regi Majorice tradebantur que omnia in archivo Regio Barchinone fuerunt fideliter conservata et inventa dicta autem scriptura non fuit in dicto archivo reperta cum revera non habeat subsistentiam veritatis.

Secundo quia non est credendum nec verisimiliter presumendum quod dictus dominus Rex Jacobus qui pollebat prudentiam et discretionem vigebat notissima toti mundo ad talem obligationem prorsus disparem sibique et successoribus suis prejuditialem nimium et dampnosam se astrinxerit cum dicta scriptura dictum dominum Jacobum Aragonum Regem et successores suos si contra predicta facerent concludat carere feudo et juribus feudalibus dicti Regni Majorice et aliarum terrarum predictarum dictum autem Regem Majorice si contra faceret solum privatum fore valença in dictis conventionibus declarata quam obligationem ita patenter et notorie in equalem nemo sane mentis fecisset seu aliqualiter consensisset.

Tertio quia pactio seu conventio siqua fuisset quod absit super re turpi et a jure divino et humano dampnata contra bonos mores concepta fuisset ut ejusdem scripture series manifestat non est igitur credendum quod dictus dominus Jacobus Rex Aragonum princeps

testimonio quod cum post renovationem dictarum conventionum factam inter dictum dominum Jacobum Regem Aragonum et dictum Jacobum Regem Majorice in loco de Argiles in quo dicitur turpis obligatio facta fuisse dictus Jacobus Rex Majorice questionem haberet cum comite Fuxensi propter quam inter ipsos guerrá valida sperabatur et de valença juxta dictas conventiones requisivisset dictum dominum Regem Aragonum qui tunc in Regno Valentia residebat ipse dominus Rex valençam noluit facere quousque de jure et justitia dicti Majorice Regis informaretur plenarie sicut plene informatus extitit per quendam jurisperitum ad eundem dominum Regem cum instrumentis munimentis et processibus per dictum Regem Majorice propterea destinatum qua quidem informatione facta idem dominus Rex valençam fecit dicto Regi Majorice et Bernardum de Fonollario gerentem tunc vices procuratoris in Cathalonia cum multis militibus sibi misit. Constat autem quod dictus dominus Rex Jacobus Áragonum si noviter obligationem per allegatam fecisset talem informationem nullatenus postulasset.

Sexto quia in dicta scriptura multe improprietates continentur contra solitum usum et stilum notorium que ex ejus serie colliguntur et quem satis hostendunt quod non fuit per aliquem notarium ordinata que quidem dictam scripturam vehementissime suspectam arguunt et convincunt.

Septimo quia posito sine prejuditio sed non concesso quod dictus dominus Rex Jacobus Aragonum pre-

gem Jacobum Aragonum vel successorem ejus in aliquo arravise.

Octavo quia si dicta obligatio facta fuisset et voluisset quod absit dictus Rex Majorice antequam requisiisset dictum dominum Regem Aragonum de predicta valença jus quod sibi antea competebat ex dictis conventionibus procul dubio ammisisset. Constat enim quod diu antequam fieret per eum requisitio supradicta infregerat et transgressus fuerat manifeste conventiones predictas cudendo monetam publice in villa Perpiniani et alia contra dictas conventiones damphabiliter comitendo que in dicta citationis littera continentur. Sicquod postmodum dictus dominus Aragonum non tenebatur ad valençam postea etiam in casu licito requisitam ex quibus evidenter infertur quod dictus Rex Majorice ex dicta scriptura noviter exhibita non potest in aliquo se juvare.

Denique attendendo responsionibus et replicationibus factis per Philippum de Monterosio procuratorem substitutum ab Arnaldo de Erillo dicti domini Regis Aragonum procuratore quibusdam rationibus propositis per Petrum Pascasii qui dicit se procuratorem dicti Regis Majorice constat non obstante quod per dictum Petrum Pascasii dicitur videlicet dictum dominum Regem Aragonum privatum fuisset ipso jure omnibus juribus et emolumentis que in dictis Regno Majorice et terris aliis feudalibus habuisset et possessionem etiam siqua foret pretextu dicte turpis scripture eo quia dicitur dictum dominum Regem prefato Majorice Regi valençam denegasse in casu superius me-

cem veniret et dicto domino Regi prejudicare posset de jure notissimo haberet per difinitivam sententiam declarari cum enim etiam in criminibus enormibus et exceptis pura lese majestatis heresis et contrahencium incestas et nepharias nuptias et in multis aliis criminibus in quibus ipso jure bona delinquentium confiscantur sic necesaria sententia antequam occuparentur bona hujusmodi confiscata ut ex multis juribus hoc disponentibus colligitur et habetur multo fortius sine comparatione aliqua et absque alicujus hesitationis scrupulo circa dicta emolumenta si casus amissionis occurrisset ante eorum occupationem habuisset fieri sententiam transgressionis declaratoria ut prefertur.

Quarto quia ut jam dictum est dictus dominus Rex Aragonum per se et predecessores suos sint in pacifica et continua possessione seu quasi dicti feudi a quinquaginta quatuor annis et cura et adhuc est constat autem de jure comuni et patrie quod nullus potest sine causa cognitione et sententia sua possessione privari sicquod demostrative concluditur quod dictus Rex Majorice ex sola et nuda assertione sua auctoritate propria sine juditio cognitione et sententia non potuit nec potest dictum dominum Regem Aragonum privare possessione sua vel quasi dicti feudi pacifica notoria et antiqua quam retinuit et retinet ac defendet ut honori Regio congruit viriliter et potenter nec meruit allegari nec procedit de jure quod ex transgressione alicujus conventionis ipso jure possessorio amittatur que ex pacto non queritur nec amittitur nisi possessor animum habuit amittendi.

Preterea non procedit quod dictus Petrus Paschasii variando nititur et colorare quod ubi dictus dominus Rex Aragonum haberet privari per sententiam emolumentis et comodis supradictis quod de illis non posset nec deberet juditialiter ipse cognoscere nec etiam judex suus cum illa non concernant dictum dominum Regem et partem que in eodem juditio litigaret nec posset de illis cognosci per curiam dicti domini Regis Aragonum et ubi haberet per pares curie judicari tamen non posset fieri in curia dicti domini Regis cum dicatur quod in ea non sunt Reges pares dicto Regi Majorice rationibus subsequentibus.

Primo quia speciale pactum in dicta infeudatione insertum tenetur idem Rex Majorice generaliter et sine distinctione firmare jus dicto domino Regi et suis in posse suo et suorum. Constat autem quod pacta licita in infeudatione opposita sive sint contra vel preter jus scriptum etiam feudorum vel patrie ante omnia sunt servanda cum etiam ipsa jura feudorum scripta et patrie hoc inducant et consequenter non angit nec prejudicat quod dicta causa concerneret dictum dominum Regem ut partem quem dictus Rex Majorice et predecessores sui ad cognitionem et decisionem dicti domini Regis in tali casu se spetialiter astrinxerunt et fuit equm et consonum juri ac etiam rationi. Constat enim quod princeps qui habet omnia jura inperialia sicut dictus dominus Rex Aragonum potest jure permittere in causa propria esse judex. Constat etiam indubitabiliter dictum dominum Regem Aragonum esse superiorem et ordinarium judicem dicti Regis Majori-

ce cum infra limites Cathalonie suum principale foveat et habeat domicilium et dictum Regnum Majorice et alie terre feudales exceptis terris Montispesulani baronia ejus et vicecomitatibus supradictis noscantur esse in dominio majori dicti domini Regis Aragonum et in eis idem Rex Majorice alium dominum et superiorem quam dictum dominum Regem Aragonum non habeat nec agnoscat.

Secundo quia juxta usaticos Barchinone firma juris in posse domini feudi qui vocatur per dictos usaticos senior statim cum petitur per vassallum est fienda sine exceptione aliqua et sine temporis intervallo si vassallus ipse penas gravissimas per usaticos impositas firmam juris differentibus vel contradicentibus cupiat evitare et parium curie reclamatio in tali casu de jure patrie et consuetudine generali non vendicat sibi locum.

Tertio quia posito sine prejuditio sed non concesso quod in predicto vel alio casu esset questio aliqua coram paribus curie ventilanda tunc ad juditium per vim recurretur cum vassallus hoc peteret et non ante. Constat autem quod dictus Rex Majorice parium judicium non allegavit nec peciit sed absque aliqua cognitione jus de facto sibi dixit et firmam juris contradixit et distulit et feudum predictum quantum in eo fuit etiam denegavit frustra igitur idem Rex meminit de paribus curie in rationibus supradictis.

Quarto quia dato sine prejuditio sed non concesso quod parium juditio ratione dicti feudi in casu aliquo locus foret et dictus dominus Rex teneretur per vim

peritatem negocii sedule zelabatur vestra concordie prudentissime apparuit non potuit inductionibus persuasionibus vel rationibus dictum Regem Majorice a tanta rebellionis contumacia separare nec ipsius impetum temperare. Attentis igitur et consideratis omnibus et singulis suprascriptis clarum esse constat dictum Regem Majorice cudendo dictam monetam in principatu Cathalonie et alia comittendo quem in dicta citatoria littera continentur et postmodum acumulando mala malis firmamentum de directo non absque gravissima nota ejus contradicendo et differendo et subsequenter feudum predictum contempnens sacramentum homagia quem totiens innovavit sine erubessentia denegando et ultimo sine diffidamento gentes dicti domini Regis Aragonum capiendo et bona eorum per violentiam et absque causa legittima occupando et marca dicti domini Regis Aragonum invadendo et naves expugnando antequam idem dominus Rex executionem aliquam incepisset gravissima et enormia crimina perpetrasse et notabilem ingratitudinem comisisse in magnam offensam injuriam et contemptum dicti domini Regis Aragonum et totius reipublice dispendium manifestum quem sine peccato et dedecore nimio non possunt amodo dissimulari vel quomodolibet tolerari dictumque dominum Regem Aragonum ad conterendam dicti Regis Majorice proterviam et eundem pro dictis criminibus et injuriis puniendum et possessionem suam notoriam dicti feudi juxta dictos usaticos quibus subest et alias juste et legittime processisse et procedere posse pro executione processus contra

riose dubitationi subicere et aliquid novi adquirere quod non potuit sine evidenti prejuditio tolerari nec dictus dominus Papa intendit ut firmissime creditur per primas preces suas vel alias futuras juri Regio laquem vel prejuditium preparari.

Nec ad aliquem alium tractatum super firma juris predicta ut postulavit idem nuutius apostolicus potuit dictus dominus Rex Aragonum condescendere cum firma juris super feudo notorio et antiquo non posset absque precedenti et manifesto juditio differri vel supponi alicui tractatui quovismodo cum vassallus bona fide possessus requisitus ut in casu nostro non sit audiendus super aliquo nec etiam pedem movere debeat sine pena gravissima donec firmam absque mora fecerit postulatam data autem seu facta firma juris super ceteris que occurrunt non est vassallo si pecierit audientia deneganda sicut dictus dominus Rex Aragonum dicto Regi Majorice si de directo firmasset super quibuscumque per eum proponendis audientiam non negasset immo ipsum favorabiliter audivisset et tractatus rationabilis coram dicto nuntio apostolico sustinuisset et fecisset quod fuisset rationabiliter faciendum. Preces autem quas dictus nuntius apostolicus ultimo fecit dicto domino Regi Aragonum quod prorogationem concederet usque ad festum Pasche proxime venturum. Et interim daretur utriusque partis informatio dicto domino Summo Pontifici defferenda non potuit idem dominus Rex aliqualiter sine manifesto suo dampno periculo et prejuditio exaudire tribus rationibus.

Primo quia dictus Rex Majorice gravia notoria et

deret ad preces vel instantiam cujuscumque devotionem gentium turbaret et eorum affectionem a prosecutione exécutionis predicte retraheret et animos amiteret eorundem et eis ferventibus ad executionem pretactam cependi vel retrocedendi causam vel materiam ministraret. Nec decet sanctitatem dicti domini Summi Pontificis qui fovet justitiam et diligit veritatem dicti domini Regis Aragonum claram et notoriam justitiam per dictam dilationem vel modos quosvis alios impedire. Quinimo ipsi ut principi catolico et vassallo sancte matris Ecclesie pro Regno Sardinie et Corsice quod per dominum Regem Alfonsum inclite memorie cum magnis laboribus gentium stragibus et importabilibus oneribus expensarum extitit adquisitum et Romane Ecclesie cui semper rebellaverat subjugatum favorem licitum impartiri.

Rursus ut habeatur notitia quod dictus Rex Francie dicto Regi Majorice obtulit justitiam et in viam se posuit rationis patet ex litteris et scripturis subsequentibus inter alia.

Littera Illustris Regis Francie directa domino Regi Aragonum.

Treschers et tresameç cosins le Roy de Mallorgues avoit envoie per de vors I chevalier e II clercs avec ses lettres de creançe li quel nous ont fayt de moult sauvatges requestes e combien que nou leur aions o fort a eux fore oir en nostre palament ou en votre presence sibriement comme il nou dierent et a fere coute

nous subgiets naloist contre vos e que nous li reffusames a lui aider. E biau cosin sil fesoit rebellion a ce que nous ne penssions assigner et justicier nostre fie e noz gens fesoient aucune chose sules terres que sont tenues de vous ne vulliez tenir que cesoit de riens contra vos car en tant come il vous portoit touchier nous eu valons fore envers nous tant que par raison il vous deura soffire e si est ben notre entençe que il sen gardent dimes faire tant come il porront rescrivez nous se il nous plust sus ses coses et sur toutes autres votre volonte. Notre Seigneur vous ait en sa garde. Escripta Malbuyson le XIIII jorn de auril.

Littera Regis Majorice directa domino Regi Aragonum.

Molt excellent Princep e Senyor e car reverent frare. Sapiats que he entes quel Rey de França tramet a vors missatges e per so car li havem tramesos alcunes coses que peraventura li desplasen pregam vos çarament que tant per be daquelles coses les quals en lo trelat de la letra la qual li tramesem en les presens en clos veser parets quant per be del feyt de Montpeler qui es axi be vostre com nostre esguardant la successio e esguardant com de so del nostre vos poriets fer compte axi com del vostre en lo qual grant re de cortz vos son feyts cor no ha sino LV anys que Rey de França ses mes per força a Montpeler ni la permutacio feyta ab lavesque de Magalona no val cor fo feyta oltra prohibicio del Papa que vos als dits missatges vullatz respondre per guisa que ells conèguen que

noire consell e bien beves per nous e per nous clers farrets ver letres chartes e instruments de ce que nous somes avous pour le fayt de Montpeler si envoyames noz gens de vos lo dit Rey e proyt de complir le dit tractament encerten maniere couce voyts per celle condicione que nous ne deieus estre en care nous nen coure votre Rayaume jo soyt se que aient poor de obligier se pour nous de no estre avesques vous en contre luy fors si be entant come pur le fies de Montpeler veus somes en serieus tenus et amsi trouvames que le parous fayre sans fayre riens contre notra leyaute ne encontre nous mes fayre et que le devieus faire attendu le gran profit qui puet venir a nous e a notre Royaume se noz gens aront a compli le dit tractement eu non te ne savons nous encore tres aut prince senyer certames que combien que vous venaieus rayso ne se rons encontre vous se donques per cele guise nous ne fasies que diex et mande vous en havist paur escuses e ence cas provenons on fayt de Montpeler par cele guise que notre leyaute et seroyt garder e notre honor conserve e ace menys ne nous cosions consenti coubien que sans blecier notre fey le provisions fayre se soulement ut petit de rayson nous ensies dovue misi come le contrayre a vos fayt si come briosment vous entendons pus largament escrire. Donne a Perpinian le IIII jorn deembre.

Regi Majorice ex parte domini Regis Aragonum.

Alt princep et car frare nostre. Reebuda havem una letra vostra derrerament escrita en vulgar e entes tot

seguexen ab grant maturadat et ab grant acort et ab fundament declara justicia se deu comensar. E par que asso degats vos be entendre et que nous lexets menar ne enganar a gens folles ne que agen avol enteniment a la guerra. Car a juhi de tots quants son deça vos per soptos consell havets fort corregut en aquests affers. Data en lo Monestir de Poblet sots nostre segell secret IIII idus julii anno Domini Millesimo CCCXL primo.

Phelip por la grace de Deu Rey de France a notre ame et feal conseyller e lieutenent es parties de la Lengua doch lavesque de Beauvez salutem et dilectionem. Come nos chiers cosins les Reys Daragon e de Mallorques no hajen enveyez certans enbayssetus qui nos ont requis entre pluseurs autres coses que nous vensie isens oster notra manin qui mise aucit este en ce que les Reys de Mallorques ha en la villa de Montpeler nous vous mandons et cometons que si le dit Roys de Mallorgues vien o envore sufficiantment per davant vos come notre luctutenent e requirent que la dita mani foit ostee en recognoisant nos a senyeru et soviran ostets et levetz en notre main tan tost e sanz de lay car ainsi la li havens nous et troye de grace spetial por contemplacion de notre dit cosin le Roy Daragon. Donne au boys de Vincenna le XIIII jorn dagost lan de grace Mill trehens quarante et un.

Domini Regi.

Serenissime Princeps et domine. Anthonius Doria qui se vestrum messegerium asserit latorque presen-

que en chose que son coune du dit Roy Daragon aucun empatxament surmis de par nom et de avons per spetial defendu. Car lo dit Roy Daragon ayme nous notre honoure et nos besunyes e li vouldrions fere gre et plasir et raisons est si vos m andons a cascun de nous que ce per vous o per autres de noz gens notre main estoit mise en certe qui soit tenue de notre dit cosin lo Roy Daragon soit ez dictos viçcontes o nailleurs voz tan tost en leves o estes notre dite main porquoy on nen retorne plus davers nous car forment nos en desplairoit. Donne a Sant Gemme le XVII journ de januer.

Illustri et magnifico Principi Philipo Dei gratia Francie Regi consanguineo nostro karissimo Petrus per eandem Rex Aragonum etc. Salutem et prosperos ad vota successus. Magnifice princeps et consanguinee nostre karissime receptis vestris litteris nobis missis super factis illustris Majorice Regis consanguinei nostri et earum tenore perpensius intellecto considerantis nexibus sanguinis et vere dileccionis quibus utrique conjungimur materiam grandem nec inmerito suscepimus cogitandi et ad tollendum omnis discordie materiam inter vos et ipsum direximus aciem mentis nostre. Considerantes quod questio que inter vos et ipsum dicitur suscitata aliter quam per modum ceptum et utilius poterit terminari. Et ideo pro predictis et aliis que multum insident cordi nostro et quem multum domum vestram ac nostram et dicti Regis Majorice tangunt ad vestram excellentiam dilectum consilia-

dicos et actores dictos Petrum Felicis Petrum Sabadelli Felicium de Manso Bernardum Fontis Petrum Johannis et Simonem Cerdani presentes et hanc procurationen sindicatum et actoriam recipientes et quemlibet eorum insolidum ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone vice et nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis Dei quatuor evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que

eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores et actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et perinde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam dicta universitas promisit firma et sollempni stipulatione in posse et manu mei dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno quibus supra presentibus Guillermo de Fonte Bonanato Capmany presbiteris Francisco de Turribus clerico Arnaldo de Monte Palacio et Simone Johannis pro testibus adhibitis vocatis et rogatis.

Sig✠num Juliani de Torrente notarii publice Majorice. Qui predictis omnibus interfui et eadem ro-

gatus scribi feci et clausi com raso in XVII linea mei dicti.

—

Noverint universi. Quod die dominica intitulata sexto idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio. Universitas parrochie Sancti Mathei de Bunyola ad sonum campane intus ecclesiam ejusdem loci ut moris est congregata. In presentia mei Dalmacii Navarra notarii Majoricarum infrascripti et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ipsius universitatis singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes. Gratis et spontanea voluntate ac ex certa sciencia constituerunt et ordinaverunt suos certos procuratores sindicos et actores Petrum des Pedros Poncium de Rippullo filium Romei de Rippullo quondam et Arnaldum Muntanerii juratos dicte parrochie de Bunyola presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et quemlibet ipsorum insolidum ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat sive opporteat detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie

et Corsice comiteque Barchinone vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promittant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et perinde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam

dicta universitas promisit firma et sollempni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos et actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno quibus supra. Presentibus Jacobo Ugueti Simone Pascalis Jacobo Bonafe Bernardo Michaelis Guillermo Albi scriptore dicte parrochie Guillermo Janerii Guillermo Marchi et Arnaldo Massoto presbitero pro testibus adhibitis vocatis et rogatis.

Sig✠num Dalmaci Navarre notarii Majorice publici. Qui predictis interfuit et rogatus ea scribi fecit et clausit.

Pateat universis. Quod die dominica intitulata sexto idus junii anno Domini MCCCXL tertio. Universitas loci de Montuerio congregata ad sonum tube in ecclesia Beati Bartholomei dicte parrochie prout est moris in presentia Johannis Cunilli scriptoris recipientis nomine ac vice Petri Traverii notarii Majorice ac regentis scribaniam curie dicti loci de Montuerio. Et in presentia Petri Poncii Poncii Ramis Petri Ferrarii Bartholomei Virgilii Guillermi Virgilii Bernardi Poncii et plu

rium aliorum testium ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum. Et ipsius singulares persone dicte parrochie ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes. Gratis et spontanea voluntate ac ex certa scientia constituerunt et ordinaverunt suos certos procuratores sindicos et actores Guillelmum Matosi et Johannem Garrerii habitatores dicte parrochie presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et quemlibet ipsorum insolidum. Ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat set quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice Comiteque Barchinone vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem. Et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promittant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domini Regi bonam rectam scinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et

subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis defendentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorem quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et perinde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam dicta universitas promisit firma et sollempni stipulatione in posse et manu dicti scriptoris recipientis nomine dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum in populade Montuerio die et anno quibus supra ac presentibus testibus supradictis.

Sig ✠ num Petri Traverii notarii publici in civitate et Regno Majorice ac insulis ei adjacentibus auctoritate regia. Qui hec scribi fecit et clausit.

Pateat universis. Quod die dominica intitulata sexto idus junii anno Domini MCCCXL tertio. Universitas parrochie de Artano congregata ad sonum vel vocem tube intus ecclesiam Beate Marie de Artano prout est moris. In presentia mei Guillermi Molela notarii Majoricarum et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes. Gratis et spontanea voluntate ac ex certa scientia constituerunt et ordinaverunt suos certos procuratores sindicos et actores Guillermum Borrasii Francischum de Aguilario juratos anno presenti dicte parrochie et Romeum Ebrines habitatorem dicte parrochie presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et quemlibet ipsorum insolidum. Ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum eorum excellentissimo ac potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitequo Barchinone vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem. Et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius

universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam dicta universitas promisit firma et sollempni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum intersit vel interesse poterit vel debebit

habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno quibus supra presentibus pro testibus adhibitis vocatis et rogatis videlicet Matheo de Podio Petro Riera Bernardo Morey Matheo Blanquerii filio Bernardi Blanquerii quondam Raimundo Asberti et Berengario Torroja.

Sig✠num Guillermi Molela notarii publici Majorice predicti. Qui predictis omnibus interfuit ipsaque omnia in hanc publicam formam redigi fecit et clausit.

—

Pateat universis. Quod die martis intitulata quarto idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora tertie ejusdem diey. Universitas parrochie de Sporles insule Majoricarum vel major et sanior pars ipsius congregata ad sonum campane et ad vocem preconiam in portali seu janua majori ecclesie ipsius parrochie prout est moris. In presentia mei Petri Johannis notarii publici Majorice et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ip-

sius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia constituerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores Garciam Tahust Petrum Gaylardi Raimundum Torayoni et Petrum Taberoni de dicta parrochia de Sporles presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et quemlibet ipsorum insolidum. Ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone vice nomine et pro parte dicte universitatis et singulariun ejusdem. Et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosantis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promittant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali.

Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorumdem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et perinde habeatur ac si a dicta universitate et singularium ejusdem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam dicta universitas promisit firma et sollempni stipulatione in posse et manu mei dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die anno hora et loco predictis presentibus testibus Raimundo Lombardi vicario Paulo Bonasies presbiteris ecclesie predicte Petro Marchi argenterio Per-

piniani Nicholao de Sent Steva cive Majorice Jacobo Torrentis Ferrario Muntanyans Petro Merçani et Petro de Valle Mollo nunciis quorundem de dicta universitate ad predicta vocatis spetialiter et rogatis.

Sig✠num mei Petri Johannis notarii publici Majorice predicti. Qui premissis dum fierent et agerentur una cum suppranominatis testibus vocatus et rogatus interfui et hec scribi et in hanc publicam formam redigi feci et clausi. Constat autem de suppraposito in vicesima linea ubi dicitur mei.

—

Pateat universis. Quod die dominica qua intitulatur sexto idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio. Universitas parrochie de Falanigio congregata in ecclesia dicte parrochie ad instantiam juratorum dicte parrochie prout est moris. In presentia Petri Raimundi notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorom et rogatorum et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia constituerunt et ordinaverunt suos certos procuratores sindicos et actores scilicet Romeum Manresa et Berengarium Sunyerii presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et utrumque ipsorum insoludum. Ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod per unum inceptum fuerit per alium mediari

prosequi valeat et finiri etiam si occupantem infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone vice et nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem. Et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promittant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis dependentibus seu emergentibus eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et utrique ipsorum in premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per

dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum utrumque actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et perinde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum utroque personaliter esset actum. Quoniam dicta universitas promisit firma et sollempni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum utrumque actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno quibus supra. Presentibus Berengario Sunyerii G. Oliveri Bartolomeo Ferrarii G. de Pinu Bernardo de Vineis A. Gomila Martino Estopoyl Bernardo de Cardils Petro Manresa juniore R. Bardoy G. Solerii pro testibus adhibitis vocatis et rogatis.

Sig✠num Petri Raimundi notarii publici Majorice predicti. Qui predictis omnibus interfuit et hec scripsit et clausit et in hanc publicam formam inseruit et redegit de voluntate universitatis predicte loco die et anno ac presentibus testibus superius proxime dictis.

Pateat universis. Quod octava die mensis junii qua computabatur sexto idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio universitate ville et parrochie Pollencie seu majore parte ipsius congregata ad sonum tube in ecclesia dicte ville et parrochie Pollencie prout est moris. In presentia mei Guillermi Aulini notarii publici Majorice et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes Ferrarius Aragonensis Bernardus Totxe Arnaldus Moragues Geraldus Pontis Bernardus de Canali Fulquetus Raditoris Petrus Exarelli Petrus de Canali G. de Ultzina Ferrarius de Cabanellis Petrus de Campolongo Felicius Pelliparii Berengarius Cerdani G. Cerdani Petrus de Bisanya Petrus de Deo Jacobus Busconis Petrus Stephani G. Arsati proceres dicte ville et parrochie Pollencie ex dicta universitate et idem universitas gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia constituerunt et ordinaverunt suos certos procuratores sindicos et actores Bernardum March Bernardum Melli Simonem Melli et Petrum Sabaterii presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et quemlibet ipsorum insolidum. Ita quod occupantis vel occupantem conditio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per

alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legittimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo Principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promittant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius

singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita valid um et firmum perpetuo et perinde habeatur ut si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset actum. Quoniam dicta universitas promisit firma et sollempni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et alterum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno in prima linea oppositis et presentibus pro testibus adhibitis vocatis et rogatis Francisco Parent Barthólomeo Ferrarii Guillermo Alamanni Bernardo Bassa presbitero Luppo Garcesii domicello Bernardo Blanch et pluribus aliis ex universitate predicta.

Sig✠num Guillermi Aulini notarii publici Majorice. Qui mandato dictorum procerum et universitatis predicte et ejusdem singularium hec scribi fecit et clausit et in hanc publicam formam redegit die et anno in prima linea annotatis.

Sic quod confestim sindici memorato proprio nomine

suo et ex potestate eis tradita in instrumentis sindicatum predictorum fecerunt et prestiterunt sepefato domino Regi Aragonum homagium et sacramentum fidelitatis in forma contenta in singulis instrumentorum publicorum inde factorum et tenores ipsorum sunt qui per ordinem subsequntur.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diey Dominicus Barsani Arnaldus Peratoni Andreas Carras et Petrus Rubei habitatores parrochie Sancti Johannis de Sineu procuratores sindici et actores per universitatem populе dicte parrochie congregatam in platea dicte populе ubi consuevit consilium congregari constituti legittime cum publico instrumento facto die martis intitulata quarto idus junii anno predicto per Petrum Rovire notarium publicum Majorice ad ea que inferius continentur. In presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis populе dicte parrochie et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico Principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium hore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis juramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod

ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro domino de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Blasio de Alagone Johanne Eximini Durrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus Michaele Petri Çapata Raimundo de Villafrancha Michaele de Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasco Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter vocatis ac pluribus aliis congregatis ibidem in multitudine copiosa.

Sig ✠ num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam re-

digens requisitus scribi feci cum litteris in raso positis in linea ultima ubi dicitur ibidem et clausi.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diei Berengarius Muleti Majorice notarius Petrus de Boscho Salvator Guall et Petrus Dulcii procuratores sindici et actores per universitatem ville et parrochie de Muro congregatam ad sonum preconie in ecclesia de Muro prout est moris constituti legittime cum publico instrumento facto die dominica intitulata sexto idus junii anno predicto per Petrum Ceriola notarium publicum Majoricarum ad ea que inferius continetur. In presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis ville et parrochie predictarum et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis

et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro domino de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Blasio de Alagone Johanne Eximini de Urrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus Michaele Petri Çapata Raimundo de Vilfafrancha Michaele de Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasio Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter vocatis ac pluribus aliis ibidem in multitudine copiosa.

Sig ✠ num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diey. Geraldus Lulli

et Arnaldus de Canali habitatores parrochie de Huyalfas congregatam ad sonum vel vocem campane in ecclesia Beati Anthonii de Huyalfas ut est moris constituti legittime cum publico instrumento facto die dominica intitulata sexto idus junii anno predicto per Macianum Aragonis notarium publicum Majorice ad ea que inferius continentur. In presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis dicte parrochie et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et ac-

tores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro domino de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Blasio de Alagone Johanne Eximini de Urrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus Michaele Petri Çapata Raimundo de Villafrancha Michaele de Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasio Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter vocatis ac pluribus aliis ibidem in multitudine copiosa.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domino MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diei Petrus Cifredi et Bernardus Malferit filius Dominici Malferit quondam procuratores sindici et actores per universitatem Sancti Petri de Scora congregatam in ecclesia parrochiali ipsius loci prout est moris constituti legittime cum publico instrumento facto die lune intitulata quinto idus junii anno predicto per Nicholaum Rotberti notarium publicum Majorice ad ea que inferius continc-

tur. In presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis dicte parrochie et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone existenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus quibus supra eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro domino de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni

Majoriee Blasio de Alagone Johanne Eximini de Urrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus Michaele Petro Çapata Raimundo de Villafrancha Michaele de Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasio Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter vocatis ac pluribus aliis congregatis ibidem in multitudine copiosa.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea II ubi continetur ipsius loci et clausi.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus junii anno Domini MCCC quadragesimo tertio hora videlicet tertiarum ejusdem diey Bonanatus Thomasii et Bernardus Riera parrochie Sancti Andree de Sancto Agnino procuratores sindici et actores per universitatem dicte parrochie congregatam in ecclesia predicta constituti legitime cum publico instrumento facto sexto idus junii anno predicto per Bernardum Thome notarium Majorice publicum ad ea que inferius continetur. In presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis dicte parrochie et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt illustrissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valentie Majorice Sardinie et Corsice comitique Barchinone exis-

tenti personaliter in aula inferiori castri Majorice homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos quatuor Dei evangeliis et cruce domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus ejus contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti ejusdem domini Regis et suorum successorum. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea ac successorum dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus viris Petro domino de Exerica Arnaldo de Erillo gubernatore Regni Majorice Blasio de Alagone Johanne Eximini de Urrea et Galvany de Angularia ac venerabilibus et discretis Michaele Petri Çapata Raimundo de Villafranca Michaele de Gurrea militibus Johanne Ferdinandi legum doctore Blasio Daysa jurisperito consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter vocatis et pluribus aliis congregatis ibidem in multudine copiosa.

Signum mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domi-

ni Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum suppraposito in linea II ubi dicitur facto et clausi.

FIN DEL TOMO VIGÉSIMO NONO DE LA COLECCION, PRIMERO DEL PROCESO CONTRA EL REY DE MALLORCA D. JAIME III.

TOMOS PUBLICADOS.

		PRECIO. Por suscripcion	Suelto
1, 2 y 3	Compromiso de Caspe . . . rs. vn.	80	100
4	Union del Condado de Barcelona con el Reino de Aragon . . .	25	30
5	Ordenaciones de la Casa Real de Aragon promulgadas por D. Pedro *el Ceremonioso*.	15	20
6 y 7	Ordenaciones de diferentes monarcas tocantes al gobierno y Casa Real de Aragon	35	44
8	Municipalidades y cartas-pueblas.	25	32
9 y 10	Historia de los Condes de Urgel por Diego Monfar y Sors . . .	60	75
11	Repartimiento de los reinos de Mallorca, Valencia y Cerdeña. .	10	30
12	Censo de Cataluña ordenado por D. Pedro *el Ceremonioso* . . .	20	25
13	Documentos literarios en antigua lengua catalana (siglos XIV y XV.)	30	38
	Levantamiento y guerra de Cataluña en tiempo de D. Juan II. , trece tomos	312	377
	Opúsculos inéditos del cronista catalan Pedro Miguel Carbonell, dos tomos	40	48
	Proceso contra Jaime III, último rey de Mallorca tomo I.º	24	29

EN PRENSA.

Proceso contra Jaime III, último rey de Mallorca t. II.

CONDICIONES DE LA SUSCRICION.

Esta Coleccion se publica por tomos de 500 páginas de impresion aproximadamente, á 24 rs. vn. pagaderos por adelantado, y hasta la suscripcion se venderán con un 20 p. c. de recargo. Se admiten suscriciones. EN BARCELONA: En la portería del mismo Archivo. EN LOS DEMAS PUNTOS DE ESPAÑA: mediante carta franca el Director de esta Coleccion acompañando el importe de la suscripción en una libranza sobre correos. EN EL EXTRANJERO: en todos los consulados españoles.


DO NOT CIRCULAT

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 03595 0735

BOUND

AUG 13 1954

UNIV. OF MICH.
LIBRARY